

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---


**Breve Et Compendiosum Examen Iuris Publici Romano-Germanici : In Usum  
Collegiorum Privatorum Explicatario-Examinatoriorum**

[S.I.], 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766622754>

Druck    Freier  Zugang





Fr-3193.





BREVE ET COMPEN-  
DIOSUM

EXAMEN  
JURIS PUBLICI  
ROMANO-GERMANICI

In.

Vsum Collegiorum Priva-  
torum Explicatorio - Examinatori-  
orum, ex Uno vel altero Authore  
concinnatum,

&  
luci expositum.

G. A.



J. 3193.

Anno cib Ioc LXXXV.

P.  
B.

Dicitur Est Modestus  
Dicitur Est Modestus  
Est Modestus Ackermann  
Est Modestus Prilli

Exemplar  
Gesamtbibliothek  
Universität Rostock  
Bibliothek der Universität Rostock





LECTORI BENEVOLO  
SALUTEM!

**P**resens hoc Opusculum Nostrum est, & non Nostrum. Nostrum, quoad Dispositionem, qua hanc formam est indeptum, & sic quasi novâ Veste indutum. Non Nostrum, quoad Materiam, sive Rem, quae in illo exprimitur. Depromta ea ipsa est ex Uno vel Altero Authore Nostri hujus. Ævi celebratissimo, præsertim vero ex famigeratissimi Lipsiensis Philologi & Philosophi, Thomasii, Doctrina Imperii Romano-Germanici Hodierni, certis Tabulis comprehensa: Item: per celebris Doctoris Belitzii Idea Juris Publici, etiam in Tabulas redacta. Alios Authores modesto silentio veneramur. Opina-

A 2 ban-

Q.B.D.

bantur Studiosi quidam , se maiores  
fructus ex Collegis nostris Variis per-  
cepturos, si non tantum Explicatio-  
nes allatas avidis auribus hauri-  
rent, sed etiam , si ipsimes Examen  
subirent, id quod non unâ vice ab iis  
ita præstitum fuit , ut Primis saleem  
Tyrociniis hujus Doctrinæ se im-  
bueros fuisse, gavisi fuerint. Sic preces  
aliorum Studiosorum , qui simili  
cupiditate Fundamenta sibi impri-  
mendi flagrant , tantum apud Nos  
jure merito valuerunt, ut haec pagella,  
quanquam pauca, Typographicopalo  
committerentur , & hi descriptio-  
nis labore levarentur. Si & Tuo,  
Lector benevole , Studio, opella  
haec possit inservire, est , quod nobis  
gratulemur. Si minus, ex Voluntate  
saltim nos judices , & quod Dextrâ  
manu traditur , Sinistrâ ne accipias,  
rogamus, teg, diu valere , & rem tu-  
am feliciter gerere, jubemus

C.B.D.



C. B. D.  
BREVE ET CÓMPEN  
DIOSUM  
Examen Juris Publici.

\*



Quomodo differunt Politi-  
ca & Jurisprudentia  
publica?

Politica considerat  
Rempl. in Genere & in Specie. Ju-  
risprudentia autem Publica, con-  
siderat Rempl. in Individuo, v. g.  
Rempl. Rom. Gallicam, Hispani-  
cam &c. Et sic , quod Politica in  
genere & in specie considerat , id  
ipsum Jurisprudentiæ publ. in hanc  
vel illam Rempl. introducit.

Quomodo Jurisprudentia Publio-  
ca aliter vocatur?

Jus Publicum : item , Doctrina  
Imperii &c.

Quos sunt Doctrina Imperiorum?

A 3      Resp.

¶. Tot, quot sunt *Individualia Imperiorum*, seu *Rerumpublicarum*. Sic alia est *Doctrina Imperii in Regno Galliae*, alia in *Regno Hispanie*, alia in *Regno Rom: Germanico*, quam ultimam doctrinam *hoc loco* consideramus.

*In quoz partes Doctrina Imperii Romanici dividipotest?*

In tot, quot sunt ejus *Periodi & mutationes insigniores*.

*Quo igitur sunt Imperii Romanic insigniores Periodi?*

Communiter numerantur *septem*, quarum *prima*, sub *Sex Regibus* usque ad *Imperium Consulare*.

*Secunda*, sub *Consulibus solis*, usque ad *Tribunos plebis*.

*Tertia*, sub *Consulibus & Tribunis plebis simul*, usque ad *Julium Cæsarem*.

*Quarta*, à *Julio Cæsare* usque ad *Constantinum M.* à quo divisum fuit

fuit Imperium Romanum, scil. in Orientale, quod tandem in Turcæ venit potestatē captâ Constan-  
tiationopoli Anno 1444. Et Occiden-  
zale, quod fuit vexatum à Barba-  
ris, vindicatum ex parte à Carolo  
M. circa annum Christi 800. &  
ita translatum ad Germanos, un-  
de vocatur hodie Imperium Ro-  
mano-Germanicum.

Quinta, à Constantino M. usque  
ad Carolum M.

Sexta, à Carolo M. usque ad Otto-  
nem III. Saxonem.

Septima, ab Ottone III. ad Leopol-  
dum I. modernum Imperatorem.  
Et ab hac Septima periodo incho-  
atur imprimis Status Imperii Ro-  
mano-Germanici hodiernus.

*Quid Doctrina haec comprehendit?*

Non omnes Periodos, sed ulti-  
mam tantum, in qua Imperium  
Romanum Germanicum cœpit  
esse Electitum. A 4 Ho-

Hodiernum Imperium quare ap-  
pellatur Romanum?

Ab Urbe Româ, veletiam à primis  
Imperatoribus Romanis, qui eversâ  
Monarchiâ III. summam hanc  
Imperii dignitatem in urbe Româ  
primo erexerunt, & omnes  
fermè Gentes in Orbe subjuga-  
runt; unde Roma dicta est Caput  
Mundi.

Quare appellatur Romano - Ger-  
manicum?

Hoc nomen accepit tempore  
Caroli M. Imperatoris, qui, expul-  
sis Longobardis ex Italiâ, primus  
autor fuit summae dignitatis Ge-  
manicæ collatæ.

Quomodo describi Imperium Ro-  
mano Germanicum?

Imperium Romano - Germa-  
nicum est ultima & Suprema Mo-  
narchia, à Julio Cæsare incipiens,  
bellica Caroli M. virtute à Græ-  
cis

365 (5) 366  
cis immediate ad Germanos  
translata, & adhuc durans.

Quomodo communiter dividitur  
Imperium Romano - Germanicum?

In Antiquum, cuius fundamen-  
tum Romulus & Remus jecerunt:  
Et Novum, quod iterum duplex  
est: Orientale & Occidentale.

Explica mihi Novum Imperium ra-  
zione Originis, incrementi & casus sui.

Origo fuit à Constantino usq; ad  
Justinianum: Incrementum à Ju-  
stiniano ad Nicephorum Pho-  
cam: Casus, ab Andronico usque  
ad excidium Constantinopolita-  
num.

Quanam Origo, incrementum &  
casus fuit imperii Occidentalis?

Origo est à Longobardis, quos Ca-  
rolus M. primus Germaniae Impe-  
rator debellavit, & sic Imperium  
Occidentis Jure belli acquisivit,  
& ad Germanos transtulit. Incre-

365 (6) 365

mentum fuit à Carolo M. ad Ottō-  
nem III. uti visum supra quoque  
fuit , dum de Periodis Insignio-  
ribus Imperii Romani actum.  
*Casum ignoramus, eumque de Re-  
servatis Majestatis divinæ esse cre-  
dimus.*

*Quandoq; etiam Imperium hoc  
vocatur Sacrum, vel Sacro-Sanctum:  
unde hoc?*

Communiter ratio hujus ap-  
pellationis redditur, quia sub Im-  
perio Romano Antiquo natus fu-  
erit Christus servator Noster.

*Nonne Papa Romanus translit  
Imperium in Carolum M. tanquam  
causa Principalis?*

Nullatenus, nam tale jus trans-  
ferendi ipse Papa ne quidem ha-  
buit. Quomodo igitur illud po-  
tuit exercere ? Et nulla in toto  
*Jure Civili* hujus translationis à  
Papa factæ extat mentio , quæ si  
facta

facta fuisset, tanquam memorabilis meritò notari debuisset. Et patet quoq; ex *Historicis*, quod *Carolus M.* Imperium Romanum acquisiverit partim *Jure belli*, extorquendo illud Longobardis : Partim per *Electionem liberam* populi Romani, partim deniq; per *Transaktionem* cum Græco Imperatore.

An igitur illa translatio facta fuit præcisè in Nationem Germanicam?

Sic est, quia *Carolus M.* fuit Germanus, Prosapiâ, Patriâ, Lingua, Moribus, Affectu, & denique Imperio.

Quenam hodie autem est forma Imperii Romano-Germanici?

Cum hodie pleraq; jura summi Imperii Ordinibus communia sint, quia Imperator sine consensu Statuum non potest bella, vesticalia, comitia indicere, aut Leges

8

univerfales ferre. &c. Imperii no-  
stri Status non Simplex, sed mixtus  
est dicendus ex Monarchico & Ari-  
ſocratico.

*Qualis autem forma ejus olim fuit?*

In *Julio Cæsare*, ad Francorum  
*Cæfarum tempora* usq; fuit Mo-  
narchia simplex.

*Quando autem Cæsarum potestas  
imminui cœpit?*

Post *Othonum tempora*.

*Quomodo autem cœpit imminui?*

In Sacris, Papæ Romani eripu-  
erunt illis jus creandi Pontificem  
Romanum & Episcopos. In Pro-  
fanis, occasione electionum, val-  
dè circumscripta fuit paulatim  
Imperatorum potestas, & cum  
Statibus communicata aut divisa.

*Quid de hodiernis reliquis Imperi-  
iis Romani notandum?*

Scilicet, hodiernas reliquias  
Imperii Romani vix quadagesi-

mmam

355(9)356  
mam portionem veteris Monar-  
chiæ æquare.

*Quinam autem ita deplumarunt  
Rom. Imperii Aquilam?*

Deplumârunt illam *Turca*, *Gal-  
lus*, *Hispanus*, *Danus*, *Principes Ita-  
liae*, *Venetii*, *Lotharingus*, *Helvetii*,  
*Belga* &c. Et reliquis omnibus de  
facto subtractis, vix Germania sar-  
ta testa mansit.

*Quodnam Imperii Romani est In-  
signe?*

*Aquilabiceps in Campo Aureo*,  
quæ quando recepta fuerit, non  
equidem liquet. *Bicipitem autem*  
dicunt esse Aquilam, ad denotan-  
dum, Romanum Imperium divi-  
sum quondam fuisse in *Orientale*  
& *Occidentale*.

*Quomodo Imperium Romano Ger-  
manicum hodie dividitur?*

Dividitur hodie in *Decem Cir-  
culos*. Germanice *ReichsRiense*:  
qui sunt:

1. *Austriacus.*
2. *Bavaricus.*
3. *Francicus.*
4. *Svevicus.*
5. *Burgundicus.*
6. *Rhenanus Superior.*
7. *Rhenanus inferior.*
8. *Westphalicus.*
9. *Saxonius Superior.*
10. *Saxonius inferior.*

Quanquam *Ordo hic omni dubio*  
non careat.

*Quanam sunt Leges fundamenta-  
les Imperii Rom. Germ.?*

Primò, *Aurea Bulla* (quæ tamen  
mutationem quandam, saltem par-  
ziale, sustinuit,) cuius Autor fuit  
Carolus IV. & meruit sic dici ab  
aureo sigillo.

Secundo *Capitulationes*, quæ ni-  
hil aliud sunt, quam Lex Regni vel  
*Imperii*, quâ populi Germanici  
summum Imperium in Impera-  
torem

(II) torem transfertur certis conditio-  
nibus.

Tertiò Recessus Imperii , die  
Reichs Abschiede.

Quarto , Pax Religiosa , quæ ne  
Religionis causa cui piam lis move-  
retur , post transactionem Passa-  
viensem publice est sancita in Co-  
mitiis Augustanis Anno 1555 .  
Quinto , Pax facta Osnabrugis An-  
no 1648 .

Suntne etiam aliae Leges Imperii Ro-  
mani ?

Sunt , Sed non scriptæ , quæ Con-  
suetudines dicuntur . Consuetudi-  
nes autem aestimantur ex factis  
crebro repetitis . Factorum autem  
custodes sunt Historici . Unde Le-  
ctio Historiarum hic multum con-  
fert .

FINIS PROOEMII.

CA-

CAPUT I.

*De Imperatore Romano-  
Germanico.*

**Q**uid est Imperator Romano-Germanicus?

Est Supremus Princeps, qui secundum constitutionem Carolinam legitimè electus, Reipubl. Rom. Germanicæ præst. Germ. vocatur der Kaiser.

Quomodo aliter Imperator vocatur?

Cæsar, quod cognomen initio proprium fuit, Primo Imperatori Julio. Postea verò quasi jure hereditario unà cum ipsâ dignitate Imperatoria transit in successores.

Quale porrò Cognomen obtinet Imperator?

Cognomen Augusti, quod Successor Caii Julii Cæsaris Octavianus primùm assumit, postea & reliqui

liqui Successores Augusti fuerunt  
appellati.

*Quid Cognomen Augusti Germani-  
cè solet importare?*

Mehrer des Reichs / sicuti, semper Augustus significat , zu allen Zeiten Mehrer des Reichs. Quasi *Augustus* dicatur ab *Augendo*, i. e. Amplificando Imperio , quamquam vox Augendi , quatenus ab ea derivatur *Augustus* , significet consecrare.

*Quanam ulterius attribuuntur Imperatori Cognomina?*

Dicitur *Sanctissimus* , quia est maximè venerandus: *Divus* quoq; dicitur, quod nomen olim Imperatores *Post mortem* demum indiscepabantur, quasi in Deorum numerum relati ; hodiè vero appellatio hæc etiam ad *viventes* adhuc transferitur.

CAPUT.

## CAPUT. II.

*De Modo Perveniendi ad  
Imperium.*

**Q**uid statuis de Imperio Romano-Germanico, estne Electitum an: vero Successivum?

Hodie Electitum est. (1) Quia si successivum esset, mortuis Imperatoribus, succederetur vel ex Testamento, vel ab intestato. Sed nec ex Testamento (nullum enim ostendi potest:) nec ab intestato (Quia Carolo V. successit Ferdinandus Frater vivo Philippo Caroli Filio:) ergo. &c.

2. Quia Singulorum Electiones demonstrari possunt ex historia.

3. Quia jurant in Capitulationibus, dass sie sich keiner succession anmassen oder darnach trachten wollen. Quare etiam utuntur Titulo: Erwehlter Römischer Känsfer.

4. Quia

4. Quia alias non opus est Elec-  
torum conventu ad eligendum:  
ipsorumque Electorum dignitas  
nomen esset sine re, nec posset  
evenire dissensio in suffragando,  
quæ omnia sunt absurdæ & expe-  
rientialæ contraria.

*Annon autem obstat videtur huic  
sententiae, quodjam inde ab Alberto  
II. ad LEOPOLDUM I. continua serie  
per Annos 220. & plures, Omnes Im-  
peratores numero undecim ex eadem  
Familia Austriacâ fuerint?*

Resp. Non obstat hoc, quod mi-  
nus Imperium hodiè sic Electi-  
am. Nam causa hujus in eadem  
Familia permanisionis non fuit  
successio, sed justis ex causis facta, li-  
bera tamen, Electio, neq; etenim  
Lex, neq; consuetudo Electores ob-  
ligat ad Familiam Austriacam. Lex  
talis nulla existit: Consuetudinis  
vis per articulos Capitulationis  
tollitur.

Quæ

*Quanam verò sunt causæ , quæ  
haētenus moverunt Electores ad per-  
sistendum in unicā hāc Familiā Au-  
striacā?*

*Præcipue causæ fuerunt duas :*  
 (1) *Quia nulla familia Turca , qui  
gravissimus est Imperii Rom. ho-  
stis, potentius potest resistere.* (2) *Quia nulla familia dignitatem Im-  
perii valdè pauperis melius potest  
sustinere.*

*Quid est Electio Imperatoris ?*

*Electio est actus legitimus , quo  
personæ idoneæ , administratio  
Imperii Rom. juxta præscriptam  
Aur. Bullæ formam per Electora-  
le Collegium , aut illius partem  
majorem confertur.*

*Quanam igitur sunt Personæ eli-  
gentes ?*

*Collegium Electorale , in quo  
hodiè sunt Octo : tres Ecclesiastici , &  
quinque Seculares Electores , de qui-  
bus omnibus agetur suo loco .*

*Quid*

*Quid verò in Persona eligenda  
requiritur?*

Persona eligenda, seu is, qui, e-ligitur, debet esse. (1) Ratione Sexus, *Mas non Fæmina, Eunuchus aut Androgynus.* (2) Ratione Nationis, debet esse *Germanus*, i. e. legitimo thoro ex Familiâ Illustri Germanicâ natus (3) Ratione Dignitatis, ut sit Princeps, quanquam o-lim in Comites etiam collata fuerit Imperatoria potestas. (4) Ratione Status, ut sit *Laicus*, non Clericus, non infidelis, sed Christianus non Hæreticus, potest tamen esse Religionis Protestantium.

*An verò præcisè Germanus ad Imperatorem est eligendus?*

Utiq[ue]. Quanquam in *Aureâ Bullâ* nihil hâc de re decisum sit. Ex longâ tamen & immemoriali consuetudine, & post constitutio-nem Ottonis III. invaluit, ut non nisi *Germanus* eligeretur,

*Quid*

*Quid de Æstate eligenda Personæ  
dicis?*

De illa nihil certi est definitum.

*Quenam antecedunt Electionem  
Imperatoris?*

Quatuor: Primo, Personarum  
Eligentium Convocatio. Secundò,  
earum *salvus Conductus*. Tertiò,  
*Comparitio*. Quartò, *Deliberationes*  
de Capitulatione futuri Imperato-  
ris.

*Quid circa Convocationem notas.*

Primò, Locum, quo convocan-  
di sunt Electores, qui ordinariè est  
*Francofurti ad Mœnum per A. B.*  
*Titulum, i. s. Über dñses sezen*  
*uñ ordnen wir auch ic. Extra or-*  
*dinem tamen & propter impedi-*  
*menta potest esse & alia urbs. Se-*  
*cundò, Tempus, scil. intra Mensim,*  
*quum de morte Imperatoris co-*  
*gnitum est, Moguntinus convo-*  
*cat reliquos Electores, juxta A. B.*

*Tit.*

**Tit. I.** Ob gravem tamen causam tempus hoc potest prorogari, uti factum meminimus in Electione Imperatoris moderni *Leopoldi I.* Tertio, Persona Convocans, quæ est *Elector Moguntinus*: Tanquam Electoralis Collegii *Decanus*, vel etiam tanquam *Archicancellarius Germaniæ*.

*An igitur exinde competit Moguntino aliquod in ceteros Electores Imperium?*

Nequaquam. Nam, Moguntino officium negligente, cæteri, non vocati convenire possent ad eligendum, per A.B. Tit. I. §. Wenn es aber ic.

*An verò Capitulum, Archiepiscopo Moguntino mortuo, Electores ad Electionem Imperatoris convocare potest?*

Quamvis *Capitulum* alias idem possit, quod *Episcopus*. Fallit tamē hoc

hoc in iis, quæ Episcopo non ut E-  
piscopo, sed ut Principi & Electori  
Imperii Rom. competunt.

*Quid de Salvo-conductu notas?*

Ille debetur Electoribus aut eo-  
rum Legatis, si velint, ab omnibus  
iis, per quorum Territoria profici-  
scuntur, per A. B. Tit. I.

*Quid circa Comparitionem ani-  
madversis?*

Illa est duplex : vel immediata,  
& in persona propria : vel media-  
ta, nempe, si quis Electori permit-  
tit suffragium suum, quô in casu  
Elector duo habebit vota ; vel per  
*Legatum*, sed cum perfectissima  
plenipotentia, cuius formula ha-  
betur in A. B. Tit. I 9. Instructum.

*Quid , si quis Elector plane non  
compareat , aut compareat quidem,  
sed ante actum eligendi Locum suum  
deserat ?*

Is privatur suo voto per A. B.  
tit. I. §. Und welcher ic.

*Quid*

*Quid verò siveniat, inchoatā quidem Electione, sed nondum finita?*

Is admittitur ad eum statum,  
in quo tunc res est, per A.B. Tit. 3. §.  
Wann aber und ob ic.

*Quid deniq; si major pars emaneat  
vel discedat, possuntne eligere reli-  
qui?*

Possunt.

*Quid tandem observas de Delibe-  
rationibus ratione Capitulationis?*

De iis notari meretur Decre-  
tum Collegii Electoralis Franco-  
furti den 26. Junii A. 1658. annex-  
um Capitulationi Leopoldi, des  
Inhalts: Ob wohl ein hochlöb-  
lich Thur- Fürstlich Collegium  
aus sonderbaren erheblichen  
Ursachen geschehen lassen/ daß so  
wol auswärtiger Potentaten  
und Republiken Botschafften/  
Gesandten / und Abgeordnete/  
als auch andere allerhand Stan-  
des

B

des

des Personæ publicæ, bei jcziger  
währender capitulation un̄ ans-  
dern zu der Wahl gehörenden  
deliberationibus sich in Frank-  
furth am Main auffgehalten/  
so sol doch solches ins künftige  
von niemand in consequens Ge-  
zogen/ oder aber wider die Göl-  
dene Bull/die Chur - Fürstliche  
præminentz, und in diesem fall  
zustehenden sonderbaren Rech-  
tes allegiret oder missgedeutet  
werden.

*Quanam Electionem Imperatoris  
concomitantur?*

Primo, Electoribus in æde Sena-  
toria congregatis, præstatur jura-  
mentum securitatis, per A. B. Tit.  
1. s. Wir befehlen ic. Secundo,  
Proceditur in templum S. Bar-  
tholomæi & celebratur Missa,  
juxta A B. Tit. 2. NB. Protestantes  
Principes vel Legati hodiè solent

ab.

abesse ab actu Missæ qui in vicinum  
facellum interea succedunt. **Tertio**, Præstatur ab Electoribus ju-  
ramentum, cuius formulam anti-  
quam vide in A. B. Tit. 2. §. Id N.  
Erz-Bischoff. Hodierna sic clau-  
ditur: *Ita me Deus adjuvet & San-  
ctum Evangelium!* **Quarto**, secedi-  
tur in conclave ad actum ipsum  
Electio[n]is, in quo primum vo-  
tum hodie est penes Electorem  
*Trevirensen*, per A. B. Tit. 4. §. Fer-  
ner so offit / ibi: *So sel der ehge-  
nanter.*

*Quid vero si vota diffideant?*

Electus ille censetur, quem plus  
re elegerint: seu; valet plurali-  
tas votorum, per A. B. Tit. 2. §.

Wenn aber an dem Ort ic.

*An autem aliquis à ceteris electus  
suo ipsius suffragio numerum suffra-  
gantium potest augere?*

Affirmatur per A. B. Tit. 2. §.  
fin. Ob dann dren ic.

B 2

*Quid*

( 24 )

Quid Quintò & Sextò Electionem  
concomitatur ?

Quintò vota Electorum redi-  
guntur in Scripturam, Electorum  
sigillis confirmatam. Et Sextò de-  
nique Moguntinus accersito popu-  
lo publica Oratione Electum Im-  
peratorem renunciat, vel, si pre-  
sens est, in æde Bartholomai sistit.

Quænam verò consequuntur Ele-  
ctionem ?

Primo privilegiorum Confirmatio.  
Peracta enim Electione, statim  
Electus, priusquam in aliquibus  
aliis causis vel negotiis virtute  
Sacri Imperii administret, uni-  
versis & singulis Electoribus, o-  
mnia Ipsorum *privilegia*, jura, di-  
gnitates, & quicquid Ipsi ab Im-  
perio usque ad diem Electionis  
obtinuerunt, absque ulla mora &  
contradictione, debet confirma-  
re.

Se

*Secundò Imperatoria Obligatio,*  
quâ Imperator per Capitulatio-  
nem ad certa quædam servanda  
obstringitur. Cujus summaria  
sunt: *Primo*, ut Religionem Ca-  
tholicam defendat, & justitiam  
omnibus æqualiter administret.  
*Secundo*, ut Leges omnes Imperii  
fundamentales confirmet. *Tertio*,  
ut nullum bellum intra vel extra  
fines Imperii suscipiat, nullum  
conventum indicat, legem non  
condat nec emenderet, nullum  
vectigal de novo imponat seu mi-  
nuat, nec, quæ sunt similia, sine  
*Electorum Consensu* peragat.

*Quid Tertio consequitur Electio-  
nem Imperatoris?*

Imperii Commissio, sive potestatis  
Imperatoriae plenaria attributio.

*Quid autem hic notas?*

Primò, hodiè Imperatoribus  
per Electionem conferri Majesta-  
tem

tem non plenam & absolutè Mo-  
narchicam, sed certis limitibus re-  
strictam, ut intelligi potest è sin-  
gulorum Imperatorum Capitu-  
lationibus. Secundò: Quicquid ta-  
men Imperator Romanus, qua ta-  
lis, habet potestatis, illud non ali-  
uade pendere, quam ex Electio-  
ne, non verò ex Confirmatione  
Papæ Romani.

*Quid Quartò consequitur Electio-  
nem?*

*Coronatio*, quæ nihil aliud est,  
quam congeries actuum solenni-  
um, quibus Electio & commissio  
Imperii quasi renovatur, ad Auto-  
ritatem Electo stabiendam, &  
personam ejus omnibus & singulis  
notam faciendam.

*Quotuplex olim fuit illa Corona-  
tio?*

Triplex: Primo, Germanica, pro-  
pter Regnum Germaniæ.

Secun-

Secundò, Longobardica, propter Regnum Longobardiæ seu Italiæ.

Tertiò, Romana seu Papalis, quâ superioritatem aliquam & jus confirmandi arrogârunt sibi Pontifices Romani. Hodie verò sola adhibetur Germanica. Et Carolus V. fuit ultimus, qui Papalem coronationem ambiret, & Bononia impetraret.

An necessaria est hæc Coronatio ad potestatē Imperatoriam conseguendam?

Non. Sola enim Electio ad illam rem sufficit: Interim tamen honesta & decora hæc est Coronatio.

In qua Urbe Coronatio hæc peragenda est?

A. B. Tit. 28. §. Wir befinden auch: nominat Aquisgranum &c:

Quod tamen post Carolum V. non semper fuit observatum: Notum enim est, Ferdinandum II.

B 4 Franco.-

*Francofurti, Ferdinandum III. & IV. Ratisbone, Leopoldum verò I. Modernum Imperatorem Francofurti ad Moenum coronatos esse.*

*Cuiam Archi - Episcopo convenit coronandi jus, Moguntino, an verò Colonienfi?*

De hac re superioribus annis hi duo Electores litigarunt. Litem tamen hæc amicabiliter inter partes sopita fuit, ita ut, si in *Moguntino* districtu Coronatio celebraretur, Moguntino competit; Si in *Colonienfi*, Colonensis eam peragat, extra verò eam alternent. Vid. Transactionem hanc confirmatam artic. 37. Capit. *Leopoldi.*

*Quanam ad essentialia hujus Coronationis pertinere putas?*

*Primo Unctionem, quæ fit Oleo, differt à Consecratione, quæ fit Chrismate.*

*Secun-*

*Secundo, Insignium Imperii traditio, uti sunt Corona clausa, quæ Imperialis, ad differentiam apertæ, quæ Regalis appellatur. Porrò Gladius, quem Imperatori Saxo præfert. Item Sceptrum, Pommum Aureum, cui Crux superposita, Amictus denique, sc. Toga auro gemmisque decorata, quæ Norbergæ asservatur.*

*Tertio Juramentum, quod duplex præstat, ante & post Unctionem & Coronationem.*

*Quænam materia est Corona? Non ex ferro aut argento, ut putant nonnulli, sed ex puro puto auro fabrefacta est, sic tamen, ut in ea Veterum laudabilis parcitas sateliteceat.*

### CAPUT III.

*De Divisione Electionis Imperatoria, & Rege Rom.*

B 5

Quo.

**Q**uomodo distinguitur Electio?  
In Ordinariam & Extra-  
ordinariam.

*Quid est Ordinaria?*

Quando, vacante Imperio, vel  
per mortem, vel per Resignationem,  
vel per Depositionem Imperatoris,  
Electores ad Electionem novi  
Imperatoris legitimo modo ac-  
cedunt: Et de hâc electione ha-  
etenus actum fuit.

*Quid verò est electio Extraordina-  
ria?*

Quando, vivente adhuc & non-  
nunquam consentiente Imperato-  
re, Electores ad Electionem Regis  
Romani se accingunt.

*Cujusnam verò est statuere, an talis  
Electio sit è re Imperii?*

Electorum.

*An etiam invito Imperatore pos-  
sunt Electores eligere Regem Roma-  
norum?*

Uti-

Utiq[ue], per Capitulationem  
Ferdinandi III. art. 38. Sondern  
wir der gleichen.

*Quis est finis hujus Electionis?*

Primo, ut evitetur Interregnum,

Secundo, ut absente forte Imperatore,  
sit, qui vices ejus obeat.

*Quid verò hic est Rex Romano-  
rum?*

Rex Romanorum hic vocatur,  
qui vivo Imperatore electus est ad  
spem successionis indubiam.

*Quomodo differt Rex Rom: ab Im-  
peratore Romano?*

Primò, Imperatoris signum est  
Aquila biceps; Regis simplex.

Secundo, Imperator Bullâ, Rex  
Romanorum sigillo tantum uti-  
tur.

Tertio, Imperator vocatur  
Semper Augustus; Rex tantum  
Augustus.

*Quarto, Imperator Regem vo-  
cat*

cat tantum Ihre Liebden / Rex autem Imperatorem vocat Ihre Liebden und Majestät / vel etiam suum Dominum.

Quanta potestas seu Jurisdictio Regis Romanorum est?

Quanta sit hæc Jurisdictio delegata, id ipsum judicandum est potius ex cuiusque Regis propria Capitulatione, quam aliunde. Sic Ferdinandi I. Regis Rom: longè superior fuit potestas, quam Maximiliani II. & Rudolphi II.

#### CAPUT IV.

De Modis, quibus Imperium Romani Imperatoris definit.

Quot modis potest finiri Imperatoris Imperium?

Tribus Modis: Morte Imperatoris, Depositione, & Spontanea Renuntiatione.

Potest-

33

Potestne igitur Imperator Rom:  
deponi?

Potest: Et quam plurimis ex-  
emplis id ipsum probatur. *Frideri-  
cus II.* & *Ludovicus Bavarus*, *Hen-  
richus IV.* *Otto IV.* *Adolphus Nasso-  
vius* & *Wenzeslaus* partim à Papâ  
solo, partim à Papâ & Electoribus  
simul, partim denique ab Electori-  
bus solis depositi fuerunt.

Quanam causæ justæ sunt deposi-  
tionis?

Olim quidé satis causæ videba-  
tur, si Papa excommunicasset Im-  
peratorem. Hodie auté vix aliaj ju-  
stæ causæ habentur, quam in qui-  
bus jure armorū refisti ipsi queat.

An Imperator habet jus Renunci-  
andi?

Habet, id quod itidem proba-  
tur exemplis, quibus non est con-  
tradicturn. Usi enim sunt hoc ju-  
re *Lotharius*, & *Carolus V.*

B 7

Cui

Cui autem debet fieri Renunciatio?  
Non Papæ, sed Imperio.

CAPUT V.

De Vicariis Imperii Ro-  
mani.

**Q**uo dupliciter definit Imperium  
Rom.?

Dupliciter: vel ita, ut Interregno nullus sit locus, si videlicet vivo adhuc aut regnanti Imperatori adjunctus fuerit Rex Rom: cum spe successionis indubia: Sive, ut locus sit Interregno, si nempè Successor sit incertus, & à futura demum Electione pendeat. Atq; hoc in casu ad incommoda Inter Regni evitanda sanciti sunt Lege publica certi Imperii Rom: *Vicarii.* vid. tit. 5. A.B.

Quos memorat A. B. Imperii Vi-  
carios?

Duos definite memorat, Palas.  
3334113.

tinum & Saxonem. Quod autem post obitum Ferdinandi III. talem Vicariatum præter Palatinum etiam *Bavarus* usurpavit , id controversiam habet nondum decisa.

*Unde disserimen Vicarius desumitur?*

A. *finibus*, quibus uterque Vicariatus circumscribitur, *Palatini* videl. , ubi Franconicum , *Saxonia*, ubi *Saxonicum* jus obtinet.

### CAPUT. VI.

*De Augusta, seu Imperatoris Romani Con-*  
*juge.*

**U**nde *Conjux Imper. hoc nomen*  
fuit sortita ?

A *Marito* , quoniam solet ille cognominari *Augustus*. vid. cap. i.

*Habentem Augusta Potestatem?*

Non

Non haber, siquidem hoc in  
Regno Electitio indecens esse, cla-  
rum est.

*Quid hinc sequitur?*

In eam committi quoque non  
posse Crimen laesa Majestatis, nisi in  
quantum per latus ejus tangitur  
Imperator Ipse.

*Qualem ergo Dignitatis gradum  
Ea obtinet?*

In genere vel hoc ipso eximi-  
am ejus dignitatem esse oportet,  
quia *Conjux est Imperatoris.*

*Quanam verò in specie digna sunt,  
qua heic estimandas?*

Primo, solet coronari. Secundo,  
Tribuitur Ipsi Tit. Ihre Rānsert.  
Majestät : Quanquam distin-  
guendum sit inter Majestatem Ti-  
tularem & Realem. Tertiò, Solet  
Ipsi permitti ab Imperatore exer-  
citium Juris primiarum precum  
ad Abbatissas, tanquam Regalis,  
suo

suo sexui sub hac restrictione non  
inconvenientis, *Quarid*, habet suum  
*Archi Cancellarium*, qui est Ab-  
bas *Fuldensis* per R. I. Augspurg.  
1560. cuius officium est, cum Im-  
peratricem sive Reginam Rom.  
coronari, aut in veste Imperiali  
seu Regia sedere vel stare conti-  
gerit, ut Ipse Coronam, quoties ita  
mos vel ordo postulat, à capite  
Imperatricis deponat, retineat  
interim, atq; suo tempore ponat.

*Sextid*, habet quoq; suum *Archis-  
Cappellatum*, qui est *Abbas S. Maxi-  
mini apud Trevirenses*.

### CAPUT VII.

## De Electoribus S. Imperii Romani.

**Q**uomodo Imperii membra hodie  
dividuntur.

In septem Classes, quarum. (1) E-  
lectorum est. (2) Archi Episcoporum  
(3)

(3.) Episcoporum. (4.) Principum (5.)  
Praetorium. (6.) Comitum. (7.) Libe-  
rarum Imperii Civitatum.

*Quomodo definiuntur Electores?*

Electores sunt aliquot Illustris-  
fimi Viri in Imperio Romano-  
Germ. qui soli Regem Romano-  
rum in Imperatorem evehendum  
eligendi potestatem sibi conces-  
sam habent.

*Quomodo Electores Germanicè  
vocantur?*

Chur-Fürsten / quia habent  
jus Imperatorem zu Churen / i.e.  
zu Wehlen.

*Quot habentur hodiè Electores?*

Quamvis in A.B. Tit. 3. Septena-  
rius saltē reperiatur Electorum  
numerus; hodiè tamen in Pacifi-  
catione Osnabrugensi, cùm ante  
Friderici V. Locum occupasset  
Maximilianus Bavarus, Octavus E-  
lector Friderici Palatini Filius,

cnm

cum titulo *Archи - Thesaurarii Im-*  
*perii adjectus. Instrum. Pacis art.*  
 4. Unde, qui ante *Pacificationem*  
 vocabantur *Septemviri*, postea  
*Octoviri* appellantur.

*Quanam, quoſo, Origo Elecторum*  
*est?*

Gravissima est controversia in  
 Historiis, quo tempore institu-  
 tum fuerit seu cœperit *Electorum*  
*Collegium*. Ubi alii statuunt, Col-  
 legium hoc institutum fuisse ab  
*Ottone III. & Papa Gregorio V.* Alii  
 dicunt, cœpisse hoc Collegium  
 sub *Suevorum Cæsarum Imperio*,  
 ac fortè sub *Frid. Barbarossa*: Alii  
 sustinent, *Fridericum II. Electo-*  
*rum numerum definiisse*: Alii vo-  
 lunt hoc Collegium quasi *fortuit*  
 cœpisse post *Frider. II.* sub Inter-  
 regno. Alii urgent, institutum  
 fuisse à *Carolo IV.* Autore A. B. A-  
 lii denique suspendunt planè sen-  
 tentiam.

Quo-

Quomodo Electores dividuntur?  
In Ecclesiasticos & Seculares.

Quot sunt Ecclesiastici Electores?

Tres, ut sunt Archi-Episcopi,  
*Moguntinensis*, qui est Rom. Imperii Archi-Cancellarius per Germaniam: *Coloniensis*, qui est Rom. Imperii Archi-Cancellarius per Italiam: *Trevirensis*, qui est Rom. Imperii Archi-Cancellarius per Galliam.

Quot sunt Electores Seculares?

Quinq<sup>u</sup>e sunt, ut Rex Bohemiae, qui est Romani Imp. Archi-Pincerna: Dux Bavariae, qui est Rom. Imp. Archidapifer. Dux Saxoniae, qui est Rom. Imp. Archi-Mareschallus. Marchio Brandenburgensis, qui est Rom. Imperii Archi-Camerarius. Comes Palatinus Rheni, qui est Rom. Imperii Archi-Thesaurarius.

Quomodo inter se comparantur Electores?

Pri-

Primo, Ecclesiastici perveniunt ad Electoratum jure Electionis, quæ sit à Capitularibus: Seculares autem ad Electoratum perveniunt jure Successionis, quod jus semper Primogenito defertur. Hinc Secundo, Electoratus Ecclesiasticus nunquam vacare potest, quia Electio non deficit. Secularis autem potest vocare, sc. per extinctionem familiæ. Tertio, Imperator literis ad Electores Ecclesiasticos inscribere solet: Unsern lieben Neven uñ Thür. Fürsten. Ad Electores verò Seculares: Unsern lieben Oheim und Euhr. Fürsten.

## CAPUT IIX.

De Electoribus Ecclesiasticis  
in specie.

**Q**uanam in specie notanda sunt de Electoribus Ecclesiasticis?

Primo, quod illi habeant dupli-

plicem potestatem, Ecclesiasticam & Secularem : & Secundo, quod possint considerari ut personæ Ecclesiasticae & Seculares, & sic duplum quoque habeant potestatem, Spiritualem & Secularem: & porro duplex quoque eorum est investitura: quâ de reagetur infra.

*Quomodo autem hic consideratur?*

Non ut Personæ Ecclesiastice, sed ut Seculares, jus enim Electorale possident ut personæ Seculares, non ut Principes Ecclesiastici.

*Quid porro de illis notandum venit?*

*Tertio.* Eligere possunt Imperatorem, et si non dum sint à Papa Romano *infusati* vel confirmati.

*Quarto,* mortuo eorum aliquo, jus eligendi Imperatorem ad Capitulum non transfertur.

*Quin-*

*Quinto*, Omnes sunt Archi-Cancellarii Imperii, ut supra vidi-mus.

*Sexto*, Post Electionem Impera-toris, Wann der Kaiser in seiner Majestät zu Tische sitzt / und of-fentlich Hoff hält / mensam con-secrant, per A. B. Tit. 28.

*Septimo*, in negotiis publ. Imperii, Trevirensis sedet ē Regione Imperatoris: Ad dextris verò ejus, si actus ille celebretur in Germa-nia extraditionem Colonensem, Moguntinus ; Si verò in Gallia aut Italia, aut Colonensi ditione, Coloniensis, per A. B. Tit: 3.

*Quid octavò denig de illis obser-vandum?*

Elector *Moguntinus* est Colle-gii Electoralis *Decanus*, & habet jus convocandi cæteros Electores ad conventū Electoralem , Consili-um cum Cancellario, quod in *Aula*

*Impe-*

*Imperatoris habetur, juramento ei obstringitur: Est Revisor sententiārum in Camera Imperiali decisarum. Cameræ Imperialis Protonotarios, Notarios, Lectores, Verwaltere uñ andere Canzlen Personen suo arbitratu eligit.*

*Elector Coloniensis etiam ornatur Titulo Ducis Angaria & Westphaliae, Eines Herzogē zu Engem und Westphalen. Trevirensis in Electione Imperatoris habet primum votum, per A. B. Tit. 4.*

## CAPUT IX.

### *De Electoribus Secularibus in specie.*

*Quid in specie de Electoribus Secularibus observandum?*

*Primo, Eorum Successio. Secundo, Tutela Tertio Officia.*

*Quid de Successione notas?*

*Quod*

Quod non *eligan*tur, sed succe-  
dant jure *Sanguinis*, ubi simul va-  
let jus Primogenituræ. vid. *Capit.*  
7. circa finem.

*Quanam autem primogeniti sunt  
requisita, ut capax sit dignitatis Elec-  
toralis?*

*Primò, ut sit legitimè natus (2)  
Masculus (3) In linea Agnatorum,  
non Cognatorum (4) Laicus, non  
Ecclesiasticus. (5) Compos men-  
cis, non fatuus A. B. Tit. 7. §. 2.*

*Qualis autem etas requiritur in  
primogenito illo, ut sit ipso actu Elec-  
tor, & Electoralia cum annexis u-  
surpet?*

*Sufficit, si sit Majoren*s*, quod  
per A. B. sit, si annum ætatis deci-  
mum Octavum compleverit, et si  
non dum ab Imperatore sit inve-  
stitus, id quod probatur exemplo  
moderni Electoris Saxoniae Jo-  
hannis Georgii II. qui mortuo Fer-*

C

di-

dinando, & Vicariatum gessit, &  
in Electione, & Coronatione Leo-  
poldi I. omnia sibi competentia  
implevit, et si nondum investitus.

*Quid si Primogenitus ante Pa-  
terem moriatur?*

Tum jus Primogenituræ de-  
volvitur ad istius primogeniti fi-  
lium, non ad fratrem proximum  
per A. B. Tit. 2.

*Quid hinc colligitur?*

Capacem esse Successionis et-  
iam eum, qui natus sit, antequam  
Pater Electoralem dignitatem  
actu sit adeptus.

*Quid de Tutela observas?*

Si, mortuo Electore, Primoge-  
nitus sit minorenns, tutorem Il-  
lilegitimum A. B. Tit. 7. dat Pa-  
truum, quo nomine non dubium  
est, comprehendi quoque alios a-  
gnatos, quicunque post Patruum  
inger Majores sunt proximi.

Et

Et is Tutor qualiscunque est, vocari solet Electoratus Administrator, der Chur:Administrator.

*Quando Administrator Pupillo Administrationem cedit?*

Cum is octodecim annos ex-  
plevit , & quidem non modò.  
quoadditiones Electorales, sed in  
solidum , quoad omnes ejus Di-  
gnitates.

*Quid vero animadvertis de Ele-  
ctorum Secularium Officiis?*

Officia Electorum Secularium  
Supra Cap. VII. jam fuerunt enu-  
merata , Quæstione : *Quot sunt  
Electores Seculares?*

Peculiariter autem heic no-  
tandum, officia hæc non esse mi-  
nisteria servilia, uti falsò præten-  
dit Bodinus, sed summam illa ha-  
bere dignitatem. Unde & peculi-  
ari, & ab ipsius dignitatis Electro-  
ralis distincta investitura confe-

C 2 run-

runtur, quæ petitur ab Episcopo  
Bambergensi.

*Quid insuper observas?*

Singulos Electores habere ho-  
diè suos *Subofficiarios*, qui, absenti-  
bus Electoribus, hæc officia ad-  
ministrant, ita ut in hoc negotio  
excludant ipsos eorum Legatos.

*Quid vero specialissime observas  
de Rege Bohemia?*

(1) Quod Regnum ejus *exem-  
tum* sit ab oneribus Imp. Rom.  
nec computetur inter *Circulos*,  
ita ut etiam desierit vocari ad *Co-  
mitia Imperii*.

(2) Quod in Processionibus  
*proximum* habeat ab *Imperatore*  
locum, ante Reges, quicunque  
adsint, cæteros, per A.B. Tit. 6.

(3) Quod officium *Pincernæ*  
seu *Pocillatoris* non teneatur  
præstare sub corona, nisi sponte  
velit.

*Quid*

365(49)365

Quid tandem de Electore Bava-  
rico specialiter notas?

Cautum esse in *Pacificatione Os-  
nabrugensi* artic. 4. Si contingat  
Bavaricam Domum extingui, Pa-  
steros Palatini ad Archi-Dapifera-  
tum Electoralem reducendos, O-  
blavum autem Electoratum ex-  
pungendum esse.

### CAPUT X.

De quibusdam adhuc aliis  
ad Dignitatem, officia  
seu potestatem, & priu-  
legia Electorum Pertin-  
entibus.

**Q**uoniam ad Dignitatem potissi-  
mum pertinent Electorum?

Primò, quòd vocentur *Decus*  
*Imperii*: *Columnæ & Lateræ Imperi-  
ii*. A. B. Tit. 24. & ult: *Illustres  
Principes Electores*, per quos cæ-

C 3 pit,

365 (10) 366

pit, & in quibus consistit Impera-  
toriae gloria? Celsitudo. Vocantur  
insuper des h[er]ren Reichs vor-  
derste Glieder In Capit. Leopoldi  
art. 3. des K[on]igs innere Glie-  
der und Hauptseulen des Reichs  
ibid. art. 46.

Secundò, quòd in actibus Impe-  
rialibus præcedentiam habeant  
præ Cardinalibus.

Terriò, quòd Legatis eorum de-  
beatur præcedentia præ Legatis  
Principum & Rerumpubl. extera-  
rum, per, Capit. Leopoldi Artic. 5.  
Adde A. B. Tit. 6.

Quartiò, quòd licet Reges non  
sunt, Regibus tamen equiparentur.  
Arum. ad A. B. Disc. 4. concl. 11.

Quænam verò præcipue officium  
spectant seu potestatem Electorum?

Primò, quòd Imperatorem eli-  
gant, priore vel mortuo vel depo-  
siò, vel quotiescunque & quan-  
do-

docunque necessitas sive casuse-  
merserit. A. B. Tit. 1. in Princ.  
Capit. Ferdinandi III. art. 38. Ib.  
So oft es einem Räyser zum  
Behuff oder sonsten.

Secundò, quod Imperatori Ca-  
pitula præscribant.

Tertiò, quod Imperatori pru-  
dentia consilioꝝ suo adsint, quia  
multa sine illorum consensu per-  
agere nequit.

Quarià, quod Imperatorem, si  
necessitas & utilitas efflagitat, de-  
ponant, quod accidit Adolpho Nas-  
soviensi, & Wenceslao.

Quænam denig, ſpecialiter perti-  
nent ad Electorum Privilegia?

Multa quidem Electores ha-  
bent Privilegia, pleraque tamen  
aliis Principibus etiam compe-  
tunt, veluti *jus fodinarum metalli-  
carum, Salinarum, aliorumve mi-  
neraliū, Jus recipiendi Judeos, Jus*

Teloniorum seu Vectigalium utendorum, Jus moneta &c. Quæ jura omnia etiam aliis Principibus hodiè competunt.

Habent tamen Electores pro se solis, primo, quod possint à quibuscunque Principibus, vel aliis personis Feuda comparare, & in obligationem recipere. Secundo, quod habeant Privilegium de non evocando, vi cuius prohibent, ne subditi sui ad externum Tribunal evocentur, per. A. B. Tit. 8.

Tertio, de non Appellando ab ipsis, quod, quidam ajunt à Solo Sachonio, & Brandenburgico retentum esse, tit. II. Quartò, quod possint celebrare Conventus. Churfürsten-Läge/ pro salute Imperii absque speciali venia. A. B. tit. 12. Capit. Ferdinandi III. art. 5. & 38.

CA.

155 (53) 155

CAPUT. XI.

*De Principibus Imperii, in  
specie verò de Ecclesi-  
asticis.*

**Q**uot modis considerari possunt  
Principes Imperii Romani?

Duobus modis: Vel ut membra  
*Regni Pontificii*, vel ut membra  
*Imperii Romano-Germ. Posterior*  
tamen consideratio hujus potissi-  
mum loci est.

*Quomodo dividuntur Principes  
Imperii Romani?*

*In Ecclesiasticos & Seculares,*

*Quid in Ecclesiasticis potissimum  
observandum?*

*Primò, eorum Electio. Secundò,  
eorum Potestas, & Tertiò illorum  
Divisio.*

*Quomodo fit Constitutio seu Pro-  
motio eorum?*

C 5

Vel

*Vel Electione, vel Postulatione.*

*Quid est Electio?*

*Electio est personæ idoneæ ad  
Prælaturam vel dignitatem Eccle-  
siasticam canonice facta vocatio.*

*Quid verò Postulatio est?*

*Postulatio est ejus, qui eligi  
non potest, apud Superiorem  
concors facta Capituli petitio: Et  
hæc requirit superioris consen-  
sum.*

*Quomodo differt Postulatio ab  
Electione?*

*Quòd Episcopi Electi conse-  
centur, Postulati vero non: Et ta-  
les sunt moderni Episcopi Angu-  
stiani.*

*Quænam communiter antecedunt  
Electionem.*

*Primò, Illa fieri debet à Canoni-  
cis Ecclesiæ vacantis, & quidem  
intra tres menses à tempore va-  
cantis Ecclesiæ, in Ecclesia Ca-  
thedra-*

366 (55) 367

thedrali. Secundò expediatur per singularem omnium votorum explorationem.

Quanam verò sunt Electionis consequentia?

Primo Confirmatio intra tres menses impetranda à Superiore. Secundo, Consecratio intra tres menses à tempore impetrata confirmationis petenda. Tertio, Impetratio Pallii intra tres menses quo pallio utuntur Archi-Episcopi, non Episcopi, nisi ipsis ex privilegio sit concessum.

Tenenturne autem Archi-Episcopi & Episcopi Pontificiae Religioni non addicti Pallium & confirmationem à Pontifice Romano petere?

Negatur, Imperatore enim hodie secundum vigorem Constitutionis Religiosa, qua iurisdictio Ecclesiastica suspensa est, non expectata confirmatione Papali, Archi-

C 6      Epi-

Episcopos & Episcopos Papæ Religioni non addictos , de Episcopatibus , utpote Feudis Imperii investire , & investitis Regalia conferre jura potest ac debet.

*Quotuplex Principum Ecclesiasticorum potestas est?*

*Duplex : Ecclesiastica & Secula.*

*Quid est illorum Ecclesiastica potestas?*

Quæ communiter à Papâ per annulum & baculum confertur ; confeeratio autem Archi-Episcopis & Episcopis quibusdam per pallium .

*Quid vero illorum est potestas Secularis?*

Quæ ab Imperatore per Sceptrum confertur : Et hujus potestatis intuitu , habentur Principes Ecclesiastici pro Statibus Imperii , & in Comitiis sessionem habent ac suffragium .

*Quis*

*Quis verò Secularem istam potestatem adjecit Principibus Ecclesiasticis?*

Cœperunt Episcopistatim sub Carolo M. Secularem autem simul potestatem adjecit illis Otto M.

*Quomodo Feuda Principum Ecclesiasticorum appellantur?*

Quia per Sceptrum investiuntur ab Imperatore, Feuda eorum vocantur, *Scepter-Lehen* / Sicuti Feuda Principum simpliciter secularium appellantur *Fahnens-Lehen* / quia olim per *Vexillum* investiebantur, quanquam hodiè Gladio.

*Quomodo dividuntur Principes Ecclesiastici Romani Imperii?*

In *Archis-Episcopos*, quales sunt præter Electores Ecclesiasticos QUATUOR: Magdeburgensis, Salisburgensis, Bremenensis (hodiè in *Ducatum mutatus*) & Vesontinus.

*Episcopos, quò refertur etiam Magister Teutonicorum sive Mariano-  
rum Equitum, der Deutsche Ordens-Meister / item Magister Equitum Divi Johannis. Abbates,  
sc. tales, qui habent suffragium, ut singuli, & vocantur Gefürstete  
Abße. Huc pertinent etiam Præpositi, qui tale jus nocti sunt.*

*Prælatos, qui universi non habent, nisi unicum suffragium in Comitiis Imperii. Et hoc nomine censetur Abbates cæteri, qui non sunt Gefürstete. Item, Præpositi cæteri. Item, Abbatissæ, etiam si sint Principum Titulo ornatae.*

*Quid hic notandum putas?*

*Cum post dissidium in Religione Episcopatus quidam à Principibus Aug. Confess. addictis occupati sint, notandum est, hos Principes hodiè habere in Comitiis suffragia, ut ea olim habuerunt*

*Epi-*

¶ (59) ¶

Episcopi Pontificii; Sed sedere in  
scamno inter Ecclesiasticos & Se-  
culares intermedio. Vid. Capit: Os-  
nabr. Cap. 5. art. 6.

## CAPUT XII.

### De Imperii Romani Prin- cipibus Secularibus.

Quid de Principibus Secularibus  
principaliter notandum venit?  
Primò, eorundem Divisio. Se-  
cundò, Investitura. Tertiò, Digni-  
tas.

Quomodo dividuntur Principes?  
In Archiduces, Duces, Marchio-  
nes, LandGravios, Comites Palati-  
nos, Burggravios, Principes in Spe-  
cie sic dictos, Comites, Barones.

Quid sint Archi-Duces?

Qui investiti sunt de Archi-Du-  
catu, Welche mit einer Erz-Herz-  
ogthum belehnet seynd / quo Ti-  
tulo soli gaudent Austriaci.

Sunt

Santne etiam Magni Duces,  
Groß-Herzogen?

Sunt, sed extra Imperium no-  
strum, quales sunt, Magnus Dux  
Hetruriæ, Moscoviæ, Lituaniæ.

Quid sunt Duces?

Qui de Ducatu à Principe Sum-  
mo sunt investiti. Quorum ho-  
diè magnus est in Imperio nume-  
rus.

Quid sunt Marchiones?

Qui de Marchionatu sunt inve-  
stiti.

Quid de his in specie notas?

Quòd olim fuerint Marchiones,  
qui limitibus tuendis præpone-  
bantur, nam limites dicuntur  
March/ & hoc præsertim tempo-  
re Ludovici III. factum. Et porrò,  
quòd quatuor præcipui sunt Mar-  
chiones, Brandenburgensis, Mis-  
nicus, Badensis, & Moraviæ.

Quid sunt LandGravii?

Qui

Qui de Principatu aliquo Imperii, qui *Landgraviatus* dicitur investiti sunt, uti sunt *Landgravius Hassiae, Alsaciae, Thuringiae, & Leuchtenbergensis.*

NB. Olim Landgraven dicebantur *Judices Provinciarum Mediterraneanarum.*

*Quid vero sunt Comites Palatini?*

Qui de Principatu in Palatinum erecto investiti sunt: Quales sunt, Elector Bavariae, Elector Palatinus, Pfalz-Siven-Brücke seu Bipontinus, Neoburgicus, Pfalz-Neuburg/Simmerensis, Pfalz-Simmern/Lautereckensis, Pfalz-Lauterach, Lutzelsteinensis, Pfalz-Lützelstein, Birkenfeldensis, Pfalz-Bürckenfeld. NB. Comites Palatini olim erant Richter des Kaisers oder Königlichen Hoffes/nam Pfalz idem est ac Palatum  
sive

five Curia Regalis, & hodiè adhuc  
Argentinæ Curia vocatur die  
Pfaltz.

*Quidverò sunt Burggravii?*

Qui de Principatu aliquo in  
Burggraviatum erecto, ab Impera-  
toribus investiuntur. NB. Olim e-  
rat Burggrav. Ein Herr/der eine  
Festung des Teutschlandes zu  
Lehn ißen hatte. Hodiè Præcipui  
Burggravii sunt, Stromburgensis,  
Norimbergensis, Magdeburgensis, &  
Rheineccensis.

*Quid verò sunt Principes in specie  
sic dicti?*

Qui de Principatu ab Imperato-  
re una cum dignitate eines Für-  
sten suat investiti, quales sunt  
Principes nostri Anhaltini.

*Quid verò sunt Comites?*

Qui de Comitatu à Principe  
Summo sunt investiti. NB. olim  
erant judices à Regibus proximi.

*Quomodo Comites solent dividi?*

In

In illos, qui immediate ab Imperatore de Comitatu sunt investiti,  
 & illos, qui Imperio quidem immediate sublunt, & solum Cæsar  
 rem vel Cameram judices habent.  
 Comitatus tamen ab inferiore, aliquo Principe in feudum tenent, unde ejus sunt Vasalli. Prioris generis sunt vel **Gefürstete Graffen**/quales dicuntur **Habsburgenses**, **Tyrolenses**, ( quos repræsentant Archi-Duces Austriæ : **Hennebergenses**, ( quos Duces Saxonie ( Mumpelgardenses ( quos Duces repræsentant Wurtenbergenses. ) Vel nicht **Gefürstete Graffen**/quorum magnus est numerus : vel **Edle Herren** / ut sunt Comites Lippienses, **Graffen und Edle Herren zur Lippe** &c.

Item, Mansfeldenses, **Graffen und Herren zu Mansfeldt** / **Edle Herrn zu Heldrungē** Posterioris Gene-

Generis sunt Comites à Schwarzenburg/ qui sunt Vasalli Electoris Saxoniæ , item: Comites de Waldeck & Ridberg Vasalli sunt Landgraviorum Hassiæ.

*Quid denique Barones sunt?*

Qui de Baronatu sunt investiti: quorum alii dicuntur *semper fren* / ut Limburgici & Westerburgenses, quos Comites de Leiningen hodiè repræsentant &c. Alii dicuntur *Herren tantum*, ut sunt *dse Herren Reissen und die Pauen* / Schönburgenses, & similares.

*Quid autem specialiter notas de Principibus & Comitibus?*

Quod quidem Principes sint & Comites , qui sunt tantum Status Imperii mediati: Prout ante pacificationem Osnabrugensem. Dukes Wurtenbergici pro mediatis habiti fuerunt Statibus, Immediatisti

ta-

tamen restituti in dicta Pacificatione. Sic sunt & alii mediati Principes & Comites, qui non sunt *Status*, quales in Silesia Duces Lignicenses, ( quorum postremus non ita pridem obiit ) Teschinenses, Monsterbergenses, Comites item Hardeccii sub Austriacis, & alii sub aliis.

*Quid de Investitura Principum Secularium observas?*

Quod investiantur omnes hodie *Gladio*, quanquam olim per *Vexillum*, unde feuda eorum dicuntur *Fahnlehn* / uti supra quoque vidimus cap. præc: Item, quod Comites & Barones investiantur à *Senatu Cæsaris Aulico*; Cæteri autem ab Imperatore ipso.

*Quid de Dignitate eorum observas?*

Quod, licet dignitate Princeps Principem v. g. ( *Archи-Dux Ducem* ) superat, tamen in quantum sunt *Status Imperii*, tantum possit in

in territorio suo, *Comes* vel *Baro*, quantum in suo *Dux* vel *Marchio* &c. In Comitiis verò *Comites* & *Barones*, qui non sunt *Gefürstete Graffen*/universi non nisi duo vota habent, dividunturque in duas tribus seu scamna, *Sveicum* & *Wetteravicum*.

Cæteri verò singuli habent singula suffragia, quò referuntur etiam *Comites* è classe *Comitum* simplicium translati in classe *Principum*: *Gefürstete Graffen*/oder welche von dem *Kenfer* seynd in dem *Fürsten-Stand* erhoben.

### CAPUT XIII.

## *De Civitatibus Imperii Liberis.*

**Q**uid sunt *Civitates Liberae Imperii?*

Sunt *Societates*, quæ *Rom. Imperio* immediate subiectæ, Albo ejus.

ejusdem inscriptæ sessionem &  
votum *decisivum* in Comitiis ha-  
bent, ut cum reliquis Imperii sta-  
tibus salutem ejus promoteant.

*Quomodo Germanicè vocantur?*

*Reichs-Städte / Kœnsleriche  
Reichs-Städte / Freye Reichs  
Städte.*

*Quid verò discriminis est inter  
Kœnsler. Reichs-Städte / und  
Freye Reichs-Städte?*

*Kœnsler. Reichs-Städte* sunt  
inde dictæ, quod à Germ. Regibus  
sint conditæ, & statim à primis ru-  
dimentis Imperio *immediatè* fue-  
rint addictæ, in cujus testimoniu-  
m vel totam Aquilam, vel ali-  
quid ex Aquilâ in Insignibus suis  
gerunt. *Freye Reichs-Städte*  
*sunt*, quæ ab aliorum inferiorum  
Principum potestate liberatae  
Imp. Romano immediate parent,  
in cuius signum nihil ex Aquila  
ha-

habent, Imperatori tamen quotannis certam Pecunia summam pendere debent.

*Estne Discrimen aliquod inter  
Frene Reichs - Städte / und  
Reichs:Städte simpliciter ita di-  
stas?*

In Decretis quidem Imperii solet occurrere hæc phrasis : die Frey-und Reichs-Städte/ unde quidam putant , distinguendum esse inter Frey Reichs - Städte und Reichs:Städte simpliciter. Sed, quia discrimin inter hæc duo assignare, valde est difficile, rectius verba illa copulativè , quam disjunctivè , exponuntur, adeò ut his Civitatibus in Illis Imperii Decretis duo prædicata tribuantur, quod sc. sint Civitates (1) Liberae. (2) Imperii.

*Quomodo dividantur Civitates ha*

7A.

*baratione sessionis, quam in Comitiis  
habent?*

In duo Scamna, sc. in Scamnum  
Rhenanum, & Scamnum Sveicum.

*Quanam sunt Civitatum harum  
Privilegia?*

Eadem, quæ reliquis Imperii  
Statibus competunt & sic Civita-  
tes liberæ tantum possunt in Ter-  
ritoriis suis, quantum Principes  
in suis; Jura tamen Territorialia  
earum non vocantur Landes  
Fürstl. Obrigkeit und Herrlig-  
keit.

#### CAPUT XIV.

*De Civitatibus Provin-  
cial. sive Municipalibus.  
Item: De Membris Imp.  
Rom. Germ. Immediatis,  
qua nō sunt Status, seu de  
Nobilibus Imp. Liberis.*

D Quid

**Q**uid sunt Civitates Provinciales  
sive Municipales?

Quæ, mediante Principe aliquo,  
aut alio Statu, Imperio sunt sub-  
jectæ. Germ. dicuntur **Länder**,  
**Städte und Fürsten-Städte**.  
Et hæ civitates status Imperii non  
sunt.

*Quid sunt Nobiles Immediati, die  
freyen Reichs von Adel / qui non  
sunt Status, dicuntur tamen Vasalli  
Imperii?*

Qui immediatè Imperatori &  
Imperio sunt subjecti, & solum  
Imperatorem, Cameramque Imperii,  
ob jurisdictionis concurreniam, pro superiore recogno-  
scunt. A reliquorum verò Statu-  
um Imperii cujuscunque digni-  
tatis sunt, jurisdictione, exactio-  
nibus &c. exempti & liberi. R. A.  
1500. §. und einen solchen Fries-  
den. Ord. Cam. p. 1. Tit. 3.  
num. 34.

Quo-

*Quomodo distribuuntur Hi Nobili-  
les Immediati?*

Ratione Loci, ubi Arces & Se-  
des suas habent in tres Classes di-  
tribuuntur, sc. Franconicam, Sue-  
vicam, Rhenanam.

*Quanam sunt horum Nobilium  
Privilegia?*

Eadem jura habent in suo Ter-  
ritorio, quæ Principes. Olim ad  
Comitia quoque fuerunt admissi,  
probatur per A. B. præf. Edlen  
und der Städte Bottschafft.  
Hodiè vocari desierunt.

*Nullane igitur jura ac Privilegia  
Statuum retinuerunt?*

Retinuerunt quædam, ut Pri-  
mò jus circa Religionem per Pa-  
cif. Osnabrug. cap. 5. Art. 10.  
Secundò, jus territorii. Tertiò,  
Exigendi Decimas è fodiis me-  
tallicis. Quartò, Austregarum.  
Quintò, collestanti suos subdi-  
tos. Sextò, cudendi monetam.

D 2 Septi-

Septimò, Banni ferini. Octavò,  
 Meri & mixti Imperii. Nono,  
 Diætas absque veniæ impecratio-  
 ne instituendi. Decimò, Feudo-  
 rum. Undecimò, Archivi. Duo-  
 decimò, Mittendi Legatum vel  
 Nuncium. Decimò tertio, Reci-  
 piendi Judæos. Vid. Sprengerus  
 in Juris Prud. sua publ. pag. 322.  
 & seq.

*Quid verò heic notandum?*

Notandum heic, Privilegia  
 hæc non omnibus convenire  
 omnia, imò esse, qui communi  
 prærogativa libertatis contenti,  
 Regalibus destituuntur.

*Quid verò sunt Nobiles Mediati?*

Qui Ordinibus Imperii aliive  
 immediatè; Imperio verò mediare  
 subditis sunt.

*Quomodo dividuntur?*

Dividuntur communiter pro  
 diversitate Provinciarum. Dicun-  
 tur enim Nobiles in Franconia  
 vel

vel Lehnleute / qui coram Domi-  
no , non nisi ratione causarum  
feudalium comparent , vel Lands-  
assen / qui ratione *omnium* cau-  
sarum coram Domino compare-  
re tenentur . Sic in *Saxoniâ* &  
alibi sunt vel *Cantzen* oder  
*Schrifftassen* / qui immediate  
Principi ejusque curiæ parent , vel  
*Amtsassen* / qui immediate *Prese-  
cis* , denen *Amtmännern* oder  
*Amtschößtern* parent , & coram  
iis in *prima instantia* conveniuntur .  
*Nobiles in Alsatia* , qui vocan-  
tur die bestreute *Landsassen* / qui  
quamvis in *quibusdam* bonis à  
*Contributione* sint exempti ; non ta-  
men per hoc *mediate* Principis  
subjectioni subtrahuntur . Sic in  
*quibusdam Civitatibus Imperiali-  
bus* dantur *Patricii* , qui per *Diplo-  
matæ Cesarea* Nobilibus aliis æqui-  
parantur .

D 3

CA-

CAPUT XV.

*De Juribus seu Regalibus  
Imperatoris Romano - Ger-  
manici in Genere.*

**Q**uanam circa Regalia Imperato-  
ris in genere sunt notanda?

(1) Modus habendi. (2) Eorum  
Divisio.

*Quid de modis habendi Regalia  
seu Jura observas?*

Quòd quædam habeat Impera-  
tor solum, & hæc vocantur Reserva-  
ta; quædam cum Electoribus tan-  
tum communia; quædam verò  
communia cum Omnibus Ordinibus,  
seu toto Imperio.

*Quid verò de Divisione Regalium  
dicis?*

Regalia Cæsaris dividuntur  
secundum Spreng. in xxviii. quo-  
rum unum est Ecclesiasticum, scil.  
*Ius primiarum Precum, Reliqua  
verò*

verò Secularia , quæ versantur vel circa Premia & Honores , Ut sunt jus creandi Reges , Duces &c. Jus creandi Nobiles , Comites , Palatini nos. Jus Academias erigendi. Vel circa Leges, ut jus Legem universalem condendi. Vel circa Judicia, ut jus Extrema provocacionis , Jus Magistratus creandi , jus Judicia Praetoria constituendi , jus in Banum declarandi , vel circa Dispensationes , ut jus Veniam etatis dandi , Jus Famam restituendi , jus Absolvendi à juramento , jus Moratoria concedendi. Vel circa Loca publica , ut jus Via , jus Fluminum , vel circa Rempubl. administrandum , ut jus Moneta , Vectigalium , Collectarum , Civitatis dandi , Nundinarum , Stapularum , Ferias Generales constituendi , Comitia indicendi , jus Postarum . V el denique

D 4

circa

(76)

circa Bellum, ut jus Repressaliarum,  
jus Belli, jus Fæderum.

## CAPUT XVI.

### De Jure Primariarum Precum.

**Q**uomodo primariae Preces reduntur Germanicè?

Die Erste Bitte / & diplomata illa , quibus istæ primaria preces ad certam Ecclesiam continentur, vocantur Germanicè Panis-Briefe.

**Quanam est forma hujus Juris?**

Per hoc jus habet Imperator Potestatem in qualibet Ecclesia, vel Monasterio Imperii Romani uni Personæ , cui velit , Canonicatum seu simile beneficium Ecclesiasticum conferendi.

**Quomodo competit hoc jus Imperatori?**

Tan-

Tanquam *Reservatum*: Interim sic obtinet illud, ut exercitium ejus possit concedere aliis, prout interdum concessum fuit hoc exercitium Imperatrici seu Augustæ ad *Abbatissas*, prout etiam *Wenceslaus* Imperator concessit hujus juris exercitium *Ruperto Palatino Duci per Diœcesin Spirensen & Wormatiensem.*

Potestne etiam *Ius hoc exerceri in Ecclesiis Lutheranis aut Reformatis?*

Utique, sed ita tamen, ut *Augustana Confess.* addicto per preces primarias non aliis substituatur, quam ejusdem *Religionis* assecla, idq; ad normam *Statutorum & Observantiae*, vid. *Pacif. Osnabr. S. ubi Sacra Cæsarea &c. Ubi & de mixtis Ecclesiis res determinatur similem in modum.*

D,

CA-

CAPUT XVII.

De Jure Creandi Reges,  
Principes, Duces, Land-  
gravios, Marchiones,  
Comites, Barones.

**Q**uâ in re hoc jus consistit?

Quod Imperatorei, qui tantum  
Dux est, Regis vel Archi-Ducis, qui  
tantum Comes est, Ducis vel Prin-  
cipis, Qui tantum Baro est, Comi-  
tis, Qui tantum Nobilis est, Baronis  
Titulum atque dignitatem possit  
conferre, ita, ut imposterum pro  
Duce, Rex vel Archi-Dux, pro Co-  
mite, Dux vel Princeps, pro Nobili,  
Baro salutetur, scribatur, hono-  
retur, & sic simul è Ducatu fiat Re-  
gnum vel Archi Ducatus, è Comita-  
tu fiat Ducatus &c.

Quid verò hic observandum?

(I) Quod Imperator non possit  
movi.

noviter creato Principi , Comiti  
aut Baroni , *invito Principum Colle-*  
*gio , dare Sessionem in Comitiis.*  
Vid. Cap. Leopoldi, art. 44.

(2) Quòd Jus hoc non exer-  
ceatur in *Ducem, Comitem &c. Pe-*  
*regrinum , quà talem , sed in Du-*  
*cem, Comitem &c. Imperii Ro-*  
manī.

Potesne Exempla quadam Exer-  
citii hujus Juris allegare ?

Henricus IV. Ladislaum è Duce  
Bohemiae fecit Regem. Otto III. Bo-  
leslaum è Duce Poloniae fecit Re-  
gem. Fridericus I. Petrum saluta-  
vit Regem Daniæ. Fridericus II. è  
Brunsvicensi Ditione fecit Duca-  
tum &c.

Quomodo autem hoc Jus Impera-  
tor habet ?

Ut Reservatum , quia pertinet  
ad Dignitatem , item , quia perti-  
net ad potestatem concedendi

D C

pri-

( 80 )

privilegia, quæ quanta quanta est,  
tota solius Imperatoris est.

*Quid vero hic notas?*

Posse Imperatorem hujus Juris  
**Exercitium** communicare aliis,  
quomodo Archi-Duces Austriae per  
concessum Privilegium speciale  
non tantum Nobiles, sed & Baro-  
nes & Comites creare possunt.

*Quinam sunt fines hujus Juris?*

( 1. ) Ut benemeritis habeatur  
gratia. ( 2. ) Ut augeatur Imperii  
dignitas, si inter ejus subditos sint  
Reges, Archi-Duces &c.

## CAPUT. XVIII.

### De Jure Creandi Nobiles, Equites & Comites Pa- latinos.

**Q**uid hic intelligitur per Nobiles?  
Per Nobiles hic intelligun-  
tur strictè dicti, & quidem ii, qui fi-  
unt

unt tales expressè per *Diploma Nobilitatis*.

*Quā in re itaq; hoc Jus consistit?*

Ut *Imperator* habeat potestatem subditum *Imperii Romani*, qui nondum est *Nobilis*, per *Diploma Nobilitatis*, creare nobilem, & hanc potestatem potest exercere etiam, cùm *Ipse Imperator est exterritorium suum.*

*Quomodo autem hanc potestatem Imperator habet?*

Ut *Reservatum*, quia pertinet ad Dignitatem. Potest autem Ejus *Exercitium communicare aliis*, prout communicatum est *Archiduci Austriae, Ducibus Palatinis & Rheni.*

*Quis finis hujus Juris est?*

(1.) *Benemeritorum remuneratione.* (2) *Extinctarum familiarum suppletio.*

*Quid nomine Equitis venit?*

D 7

Si

Si distincte sumatur, notatur peculiariſ aliquā dignitas , quam non habent Nobiles nati aut facti.  
Estne igitur diſcrimen inter Equitem & Nobilem ?

Notabile diſcrimen eſt , quòd Nobiliſ nobilitatem ſuam propagat in Filios, Equeſ autem non propagat.

Quomodo Equites aliter vocantur?

Vocanturetiā Milites in formula renunciandi, item , cum Appositione, Equites Aurati, ut eò magis à Nobili possint diſtingui, quia juſ habent portandorum Calcarium aureorum.

Quomodo diſividuntur Equites ?

Ita , ut alii ſint ſimpliciter tales, alii cum appositione certi Ordinis Equeſtris, v. g. Equeſ Aurei velletis, Periſſelidis &c.

Quid hic notas?

Quòd

Quod Imperator Romanus, quā  
talis, non creet Equites certi Or-  
dinis, sed simpliciter tantum di-  
ctos, non defectu potestatis, sed  
quia peculiaris Ordo in Republ. Ro-  
mano-Germanica nunquam est  
inchoatus.

Quodnam hujus Juris discrimen  
est?

Quod Jus ipsum Ordinem Eque-  
stre instituendi, sit penes Comi-  
tia; Jus vero creandi Equitem, sit  
penes Imperatorem.

Quanam forma hujus Juris est?

Quod habeat Imperator pote-  
statem, certis adhibitis solennitati-  
bus & verbis, creandi Equitem Au-  
ratum, id quod vocatur summi Rit-  
ter schlagen.

Quomodo habet hoc Jus Impera-  
tor?

Ut Reservatum, quia pertinet  
ad Dignitatem.

Quo-

Quotupliciter sumitur Comes Pa-  
latinus?

Dupliciter, propriè pro eo, qui  
investitus est de Palatinatu, qualis  
est Elector Palatinus: Impropriè, ut  
hoc loco.

Unde dicuntur Comites Palatini?

Ex eo, quòd aliquid de Palatio  
Regis (Imperatoris) per Tropum  
intellecto i. e. de ejusdem pote-  
state participant.

Quomodo vocantur Germanicè?

Reichs- Hoff Graffen / non  
verò Pfalz- Graffen.

Quanam sunt jura hinc Comiti-  
bus commissa?

Creare Doctores, Licentiatos,  
Magistros, coronare Poëtas, creare  
Notarios seu Tabelliones, legiti-  
mare spurious &c.

Quid verò hic notas?

Quod habeat alius Comes Pa-  
latinus alio Potestatem majorem.

id

id quod judicandum est ex Diplomate cuique concessio.

An autem Comes Palatinus potest extra territorium Imperii legitimare spurium?

Potest, si talis legitimandus sit imperii subdicus.

Potestne vero Comes Palatinus delegare alii exercitum suum?

Non potest, nisi hanc potestatem delegandi disertè Imperator ipsi commiserit.

Quanam hujus Furiis Imperatoris forma est?

Quod habeat Imperator potestatem creandi Comitem Palatinum, i. e. dignæ personæ communicandi exercitum jurium antea commemoratorum.

Quomodo hoc Ius Imperator habet?

Ut Reservatum, quamquam possit ejusdem exercitum concedere

(86)

dere aliis, prout concessum est  
Comitibus Ortenburgicis.

## CAPUT. XIX.

### De Jure Erigendi Academias.

**Q**Uâ in re consistit hodiè Forma Academia?

(1.) In potestate publicè docendi, in facultate Philosophica, Theologica, Juridica, Medica.

(2.) In potestate exercendi Jurisdictionem Academicam, quæ Jurisdictio ordinariè mixti est Imperii, quamquam per Privilegium in quibusdam Academiis sit Imperii merit.

(3.) In potestate publicè conferendi Gradus Honorum Academorum.

*Quis habet Jus erigendi Academias in Imperio Romano?*

Quo ad jus conferendi Gradus Aca-

Academicos *solus Imperator*; Quo-  
ad jus verò conferendi potesta-  
tem juris dicendi & publicè docen-  
di, quilibet Imperii Princeps in suo  
Territorio.

*Valentine Academia à Pontifice Ro-  
mano non confirmata, quales sunt  
Helmstadiensis, Marburgensis, Rinte-  
lensis &c.*

Ante repurgationem *Evangelii*  
confirmabantur etiam Acadé-  
miae à Papá. Sed in Ecclesiis repurga-  
tis, ejecto per Pacif. Passav. Papæ  
Dominio, Confirmatione ejus  
nihil opus est, & ad confirmandas  
Academias nostras in Imperatore  
satis est potestatis.

*In quo consistit in specie potestas con-  
ferendi Gradus Academicos?*

Habet Imperator potestatem  
creandi *Doctorem, Licentiatum,*  
*Magistrum*, qui sunt Gradus Aca-  
demici. Et hoc referrietiam po-  
test jus creandi Poëtas.

Quo-

Quomodo autem Imperator hoc  
Jus habet?

Tanquam *Reservatum*, quia  
pertinet ad Dignitatem: Exerci-  
tium tamen ejus *communicare* pot-  
est aliis, & ita hoc jus acceperunt  
*Duces Austriae*, *Collegia facultatum*  
in *Academiis*, & *Comites Palatini*,  
*die Reichs-Hoff Graffen*.

Quisnam exercet hoc jus in Aca-  
demis?

In plerisque *Academiis* exercet  
hoc jus *Academia Cancellarius*, vel  
ejus *Pro-Cancellarius*. *Cancella-*  
*rius* autem *Academiæ* plerum-  
que est *Episcopus*, & olim fuit *Vica-*  
*rius Papæ*; Hodiè verò in Aca-  
demis repurgatis meritò censetur  
esse *Vicarius* in hac re *Imperatoris*.

Quid verò hic notas?

Quod quadam sint *Academia*,  
ut *Jenensis*, quæ ab *sg* interventu  
*Cancellarii* conferunt *Gradus Aca-*  
*demicos*.

CA-

CAPUT. XX,

De Jure Legem Universa-  
lem Condendi.

**Q**uartuplices sunt Leges in Imperio  
Romano?

Triplex: Universales vel Impe-  
riales, valentes in toto Imperio.

Provinciales seu Territoriales,  
valentes in singulis Provinciis seu  
Territoriis: Landrecht. Municipa-  
les, valentes in Municipiis seu Ci-  
vitatibus Municipalibus, Städts-  
Recht.

Quanam Leges hoc loco intelligun-  
tur?

Leges Universales seu Imperia-  
les, quæ continentur potissimum  
in Recessibus Imperii. In den  
Reichs-Abschieden.

Quomodo hoc Jus penes Imperato-  
rem est?

Jus

Jus seu potestas tamen Legem  
universalem ferendi , non est pe-  
nes Imperatorem solum, ut Reser-  
vatum : Sed penes Eum & Ordines  
Imperii simul seu , est jus Comitio-  
rum, de quo infra pluribus agen-  
dum.

## CAPUT. XXI.

De Jure Extrema Provo-  
cationis.

**Q**uid in genere circa hoc jus no-  
tandum?

Quod cum quatuor sequenti-  
bus pertineat ad Judicialia seu  
*Jurisdictionem* , Jurisdictionem  
autem in Imp. Romano esse Re-  
gale Cæsaris.

Unde hoc probas?

E Puncto, qui in *Capitul.* solet  
esse primus , ubi hæc ferè legun-  
tur formalia : Dass wir insonder-  
heit in dem heiligen Reich Fried-  
den

den Recht und Einigkeit pflanzen / aufrichten und verfügen sollen und wollen / daß sie ihren gebührlichen Gang den Armen alsden Reichen gewinnen / und haben / &c.

*Quid vero est Ius extrema Provo-  
cationis , seu , quid est Appellatio seu  
Provocatio ?*

Hoc loco est litis à judice.  
( 1. ) Inferiore ad Superiorem ( 2. ) In  
judiciis Romanis , à parte litigante  
facta devolutio .

*Quid hinc patet?*

( 1. ) Cùm à Cæsare male infor-  
mato ad melius informandum  
provocatur , ob defectum requi-  
siti primi , non esse propriè Appel-  
lationem , sed Supplicationem .  
( 2. ) Cum ab Homine ad DEum  
Ipsum provocatur , non esse Appel-  
lationem hujus loci , ob defectum  
requisiti secundi .

*Quid autem denotat Extrema?*

I.e.

I.e. A qua uon datur appellatio ul-  
terior, sc. in Judicio humano.

Quanam forma est hujus Juris?

Quod *Cæsar* dicitur habere jus  
**extremæ provocationis**, id sic in-  
telligendum est, quod possit ad  
*Cæsarem appellari*, non quidem ab  
iis Ordinibus, quibus & quate-  
nus *concessum est* Privilegium de  
non appellando; sed ab iis Ordin-  
ibus *Immediatis*, quibus id jus  
*vel non est concessum*, vel cum es-  
set *concessum*, iterum *amissum*.

Quomodo autem hoc Ius Impera-  
tor habet?

Ut *Reservatum*; *Exercitium* ta-  
men ejus *concessum est* *Statibus*  
*quibusdam* per modum *Privilegii*  
de non Appellando, quale adhuc  
hodiè *habent* *Elector Saxonia*, *Ele-  
ctor Brandenburgensis* & *Archidi-  
Duces Austria*, &c.

Circa

*Circa quod versatur hec extrema appellatio?*

*Circa causas Seculares:* Nam in causis Ecclesiasticis Pontificii summa Jurisdictionem tribuunt *Papa;* Nos v. èa in re tribuimus aliquam autoritatem *Conciliis,* sed verbo Dei *inferiorem;* Papæ autem nullam.

## CAPUT XXII.

### *De Jure Magistratum Creandorum.*

*Quomodo distinguuntur Magistrati?*

In *Civiles*, quales habentur, qui in Imperio Romano sunt in *Judiciis Prætoriis*, de quibus Capite sequenti agendum, & *Militares*, quales sunt v. g. *Summus Dux belli Tribunus &c.*

*Quomodo hoc ius habet Imperator Romanus?*

E

Quo-

Quomodo hoc jus habeat Imperator circa Magistratus *Civiles*, id sequenti capite aperietur: Circa Magistratus autem *Militares* habet hoc jus tanquam *Reservatum*, in bellis scilicet, quæ geruntur publico Imperii nomine, id quod probari videtur per *Recessum Imperii de Anno M. D. XCIV.* §. Und ob wol auch / creditur tamen, quod *Consuetudo Cæsaristica* aliquid detraxerit.

## CAPUT XXIII.

*Defure circa Judicia Pratoria.*

**Q**uartuplices est *Judicium Pratori-*  
um in Imperio Romano-Germanico?

Triplex. (1.) *Aulicum*, quod Germanicè vocatur *der Reichs-Hoff-Rath*. (2.) *Spirense*, Germanicè, das *Käyserl. Cammer-Ges richte*

365 (95) 365

richte zu Speyer. (3.) Rothwilens-  
se, Germanicè, Das Kaiserliche  
Hoff Gerichte zu Rothwilehl.

Quanam est Judicij Aulici consti-  
tutio, die Verordnung wegen des  
Reichs Hoff Raht?

Illa ad Totum pertinet Imperi-  
um, videatur Capitul. Ferdin. Tertii  
Artic. 45. constituitur autem par-  
tim ex Pontificis, partim vero ex  
Evangelicis, quanquam Reformati  
hodie in illo nondum obtineant  
locum.

Quid vero heic notas?

Aliud esse judicium Aulicum  
Cesaris, dei Kaiserlich Geheimib-  
te Raht / & aliud esse judicium  
Aulicum Imperii.

Quomodo igitur differunt?

Judicium Aulicum Cesaris est  
Sanctius quoddam consistorium  
in Aula Imperiali, in quo causæ  
Rationem Status concernentes tra-  
E 2 Etari

Etari præcipue solent. Judicium v. Imperii, der Reichs-Hoff-Raht est, quod cum Cancellaria exerceatur, & Archi-Episcopo Moguntino juramento obstringitur.

*Quid de Constitutione Judicii Spirensis observas?*

Constitutum id fuit primum in Comitiis Wormatiensibus An. 1495. ut esset commune civium refugium, & extremum Juris Asylum, à quo non daretur provocatio. Et quidem instituit hoc Judicium generale Imperator Maximilanus primus, communi Statuum consensu.

*De Loco autem hujus Judicii quid notas?*

Primum assignatum erat huic Judicio Francofortum ad Mœnum, atque ibi An. 1495. 3. Novembris: prima Judicialis Audientia fuit celebrata. Postea v. An. 1530.

ipfi

ipſi *Spira* perpetua ſedes nomina-  
ta fuit, unde transferri ſine venia  
*Cesaris & Statuum* non potest.  
Videatur *Instrument. Pacis Cæſ.*  
Sved. Tit. 5. §. Præterea cùm 52.  
& R. I. Anno. 1654. §. 211. auch  
167. Ubi de *translatione Camere*  
*Imperialis* deliberatum fuit. Pe-  
ſſit tamen bellive tempore, Judex  
& Aſſeffores ſecedendi in locum  
tutiorem, quoad periculum cefſet,  
licentiam habent, ita tamen, ut  
mox ad locum ſolitum redeant.  
*Ord. Cam. part. 2. Tit. 34.*

*Quid de Jure Ordinandi Judicem  
Cameralem & Aſſeffores obſervas?*

*Casar* habet jus ordinandi *Ju-  
dicem Cameralem*; Aſſeffores au-  
tem ordinantur partim à *Casare*,  
partim ab *Electoribus*, partim à *Sex  
Statuum Circulis*.

*Qualis debet eſſe Judex Camere?*  
E. 3. *Jui-*

*Judex Cameræ* debet esse juris-  
tam scripti, quam consuetudinarii  
peritus, Natione Germanus, & Sta-  
tus Imperii vel Princeps, aut ad mi-  
nimum Comes vel Baro.

*Quinam sequuntur hunc Judicem?*

*Quatuor Praesides*, qui pariter  
à solo Imperatore constituuntur,  
& vel Comites vel Barones sunt:  
Quorum unus, absente vel impe-  
dito Judice, vices ejus supplet.

*Quid verò sunt Assessores Cameræ?*

*Qui tantum negotiis Cameralibus*  
incumbere debent, nec aliis con-  
sulendo inservire possunt.

*Quot sunt Assessores Cameræ?*

Olim Viginti quatuor constitutū  
erant. Ord. Cam. p. I. Tit. I. in pr.  
Quibus postea tempore Maximili-  
ani II. insuper additi sunt octo.  
R. A. 1566. §. Sosezen/ordnen  
und wollen Wir. Et R. A. 1570.  
§. Und dieswells/ ubi numerus Af-  
fesso-

ſeſſorum Cameræ 41. refertur.  
Hodie verò in Conventu Oſna-  
brugensi numerus Aſſeſſorum Ca-  
meralium ad Quinquaginta adau-  
tus. T. 5. §. Præterea eum. 20.

*Quænam ſunt reliqua Personæ ad  
Cameram pertinentes.*

Fiſcalis Cæſareus, Advocati &  
Procuratores, ac ſequioris ſubſelliī  
Adminiſtri variī, der Verwalter/  
Notarii, Scribæ, Ministrī, Nuncii  
&c. De quibus omnibus Ordi-  
natio Camerae eſt videnda.

*Quænam verò competit Camerae  
huius Poteſtas?*

Poteſtas ſeu Jurisdictio hæc ex-  
tendit ſe ad Omnia negotia, quæ  
ad Jurisdictionem Imperatoris  
ſpectant, & ad Personas, quæ Im-  
perio vel immediate, vel mediata  
ſubſunt.

*Quid hinc colligitur?*

Hanc potestatem non depen-

E 4.

dere

dere à Solo Imperatore, sed ab *Eodem & Statibus simul*, id quod etiam exinde patet, quod Imperator litem in Camera jam inchoatam, non possit inde avocare in Judicium Aulicum. Vid. Cap. Leopoldi. Art. 42.

*Quid notas de Judicio Rothwilenſi?*

Quod institutum sit jam olim à Conrado IV. Imperatore, A. 1147. quod ejus Praeses sit Comes Sulzenſis, quod Assessores sint Ordinis Equestris Duodecim, aut si haberi non possunt, totidem Cives: Quod denique hujus Dicasterii, ut & Wingartensis, der Weingarten und anderer Land-Gerichte in Schwaben / Abolito follicitata sapius fuerit à Statibus, & ad praesentia Comitia remissa. Cap. Leop. Art. 18.

*Quoniam differentia seu discrimina sunt*

sunt Trium horum Judiciorum Praetoriorum?

Differunt. (1.) Ratione *fundationis*, Aulicum enim est omnium antiquissimum. (2.) Ratione *Loci*: Aulicum est *vagabundum* & *ambulatorium*, quia sequitur Aulam Imperatoris; Spirense vero & Rothwilense *fixam* sedem habet. (3.) Ratione *Causarum*. Aulicum tractat negotia ad Regalem *Casarum*, (non totius Imperii) potestatem spectantia: Præterea jus dicit in *Civilibus* & *Criminalibus*; Camera jus dicit in *Civilibus* tantum, & quidem in contentiosis & voluntariis. (4.) Ratione *Personarum*: Aulicum & Spirense jus dicit *omnium Circulorum Personis*; sed Rothwilense tantum Personis *Quatuor Circulorum*, nempe *Svevici*, *Austriaci*, *Rhenani* & *Franconici*. (5.) Ratione

E s

ad-

*appellationis : A Rothwilensi da-  
tur provocatio ad Cameram ; A  
Camerâ neque ad Aulicum, neque  
ab Aulico ad Cameram appellari po-  
test ; Potest tamen peti Revisio A-  
ctorum Cameræ.*

## CAPUT XXIV.

*Jure Cognoscendi de Feudis  
Imperii Majoribus.*

**Q**uomodo Feuda Imperii distin-  
guantur ?

In *Majora & Minora*, eaque vel  
*Ecclesiastica*, vel *Politica*. item : *Aper-  
ta* vel *Controversa*.

*Quid sunt Feuda Imperii Majora,  
Quid Minora ?*

*Majora* sunt, quæ habent an-  
nexam *Regalem Dignitatem* : *Mi-  
nora* autem sunt, quæ talem anne-  
xam dignitatem non habent, &  
hæc subesse jurisdictioni *Cameræ*,  
tradit *Lampadius* : Unde etiam a-  
liter

liter distinguuntur Feuda in Im-  
media & Mediata.

*Quid sunt Feuda Ecclesiastica, quid  
Politica?*

*Ecclesiastica, Scepter-Lehn/ ut  
Episcopatus &c. de quibus cogni-  
tionem invasit Papa Rom. Politica  
verò Feuda dicuntur Fahn-Lehn/  
& sunt Ducatus, Landgraviatus,  
Principatus, Comitatus, Barona-  
tus.*

*Quid verò sunt Aperta, quid Con-  
troversa Feuda?*

*Aperta sunt, quæ per extincio-  
nem alicujus Stirpis aperiuntur  
Imperio, & de his non potest dispo-  
nere Imperator, in consultis Electo-  
ribus: Controversa autem sunt, de  
quibus inter Principes litigantes  
contentio seu controversia est: Et  
hæc sunt hujus loci.*

*De quibus igitur Feudis Imperiis  
hoc Jus Imperatori competit?*

E 6

Ha-

Habet Imperator potestatem  
cognoscendi seu judicandi *de Feudis* Imper. Rom. (1.) Immediate  
subjectis, & quidem (2.) Majori-  
bus (3.) Politicis seu Secularibus.  
(4.) de quorum successione di-  
versi Principes inter se litigant.

*Unde autem hoc probant?*

Primo Legibus, sc. ex Constituti-  
onibus Frid. II. an. 1236. Ord-  
nung des Regiments zu Worms  
A. 1521. §. Ob auch Sachen.  
Ord. Cam: Ferd. I. part. 2. Tit. 7.  
Porro probatur id Exemplis: Sic Si-  
gismundus Imperator de Electora-  
tu Saxonico infeudavit post obi-  
cum Alberti, Fridericum Bellico-  
sum Marchionem Misniae.

*An autem solus Imperator, absq;  
interventu Procerum Imperii, vela-  
liorum Statuum equalis dignitatis,  
cum litigantibus in hoc negotio potest  
esse Judex?*

Qui-

Quidam hoc affirmant, quidam negant, & quidem, negativam qui tinentur, urgent Privilegium illud Principum, vi cuius in hoc judicio adscisci debeant, das Fürsten Recht.

## CAPUT XXV.

## De Jure in Bannum Declarandi.

**Q**uomodo distinguitur Bannus? In Ecclesiasticum, der Kirchen-Bann / & simpliciter Bann / & Politicum, quod iterum est vel Generale, valens per totum Imper. Rom. die Ober-Acht / vel Acht und Ober-Acht des Reichs / & hæc significatio hujus est loci: Vel speciale, valens tantum in certis districtibus, v. g. Bannum Judicii Rothwilensis.

In quo consistit hoc jus Imperatoris? Quod Imperator habeat potest.

E 7. sta-

statem *Violatores Pacis publicæ declarandi in Bannum, in die Acht*  
*nud Ober-Acht erklären.*

*Quomodo autem hoc Jus habet Imperator?*

Cæsar exerceat hoc Jus interdum per Cameram; Sed tamen Camera non potest proscribere Statum Imperii, in consulto Cæsare, nec quenquam in causis majoris momenti à Banno absolvere.

*An autem potest Imperator Principem Imperii declarare in Bannum, in consultis Electoribus, qui non sunt complices?*

Quæstio hæc maximè cœpita gitari in utramq; partem, occasione Banni, quo Fridericus Elector Palatinus, qui se Regem Bohemiae creari passus erat, proscriptus est. Decisa a. postea videtur negativè in Cap. Ferd. III. Art. 31.

CA-

355 (107) 356

CAPUT XXVI.

De Jure Veniam Aetatis  
Dandi.

Quid hoc loco est veniam aetatis  
dare?

Minorenibus concedere Jura  
Majorennum..

Quinam vocantur Minorennes?

Qui infra aetatis Annum Vigesim  
quintum sunt constituti.

Quanam sunt Jura Majorennum?

Quod ipsi sunt liberi a Curatori-  
bus, rerumque suarum administra-  
tionem ipsi possunt suscipere.

Unde vero ostendis, hoc Jus compe-  
tere Casari?

Primò ex eo, quia versatur cir-  
ca Privilegia. Secundò probatur  
idem ex Exemplis. Nam Wences-  
laus veniam aetatis dedit Otoni  
Brunsvicensi, & Maximilianus Ul-  
rico Würtenbergensi &c.

Quo-

Quomodo hoc Ius habet Imperator?

Habet hoc jus Imperator per totum Imperium independenter; Quilibet autem Princeps in suo Territorio dependenter.

### CAPUT XXVII.

*De Jure Famam Restituendi, A Furamento absolvendi, Moratoria concedendi.*

IN quo consistit Ius Famam restituendi?

Quod habet Imperator potestatem eos Imperii Rom. subditos, qui semel *infames* facti & declarati sunt, restituendi in pristinum existimationis Statum.

An verò hoc Ius potest exercere Imperator in consultis Statibus?

Multi id adfirmant : Limnans

au-

autem cum multis aliis id ipsum  
negat.

Dentur Exempla quadam Exerci-  
tii hujus Juris.

Sic *Carolus IV.* Bartolum ho-  
noribus restituit, teste *Bodino de  
Republ.* Sic quoque *Ferdinandus*  
rusticos restituit seditiosos *R. Al-  
zu Auspurg Anno 1525. S. Und*  
*et derobalben / &c.*

Potestne etiam alius Princeps infe-  
rior hoc Jure uti, & Subditum suum  
fama restituere?

Potest, sed illa restitutio non ali-  
ter locum habet, quam in ipsius  
Principis Territorio.

In quo autem consistit Ius absolvendi  
à Juramento?

Quòd habet Imperator pot-  
statem absolvendi aliquem à Jura-  
mento ad effectum agendi, id est,  
Einen seine gegebene Uhr-Gebde  
gegen den Herrn / welcher ihm  
also

also veruhrphedet hat / zu rela-  
xiren , damit er sich seines Rech-  
tens gegen denselben gebrau-  
chen möge.

*Quis est hujus Absolutionis effe-  
ctus?*

*Ut sine metu perjurii jurantis;  
persona contra Dominum actio-  
nem intentare apta reddatur:*

*Quomodo Imperator hoc Jus habeat  
seu exerceat?*

*Exerceat hoc Jus Imperator per  
Cameram. Vid. Ord. Cam. part. 2.  
Tit. 24.*

*Quomodo definis Moratoria?*

Moratoria sunt literæ, quæ con-  
ceduntur à Majestate Debitoris ob-  
justam causam, cum hoc effectu,  
ut ille habeat *inducias*, ne intra-  
certum tempus *indulcere* ( quod  
plerūmque *Quinq. Annorum esse  
solet* ) molestiam illi creent Credi-  
tores, sed ipse interim respirare  
possit, meditando rationes solven-  
di, &

di, & exigendo debita, quibus alii  
ipsi met sunt devincti.

Quomodo Moratoria aliter solent  
vocari?

Rescripta moratoria: Literæ Mora-  
toriæ: Quinquennales inducia, Germ.  
Quinquelnel, oder Anstands-  
Bræsse/ Eiserne Bræsse / unde,  
qui adiunguntur ad talia moratoria  
petenda, dicuntur Eiserne wer-  
den.

Quid hic observas?

Quod aliud sit, Jus Legem cir-  
ca Literas moratoria condendi  
(quod ad Comitia pertinet, quales  
Leges reperiuntur in Recessibus  
sub Tit. Von den verdorbenen  
Rauffleuten /) Aliud autem sit  
Jus certis personis moratoria liter-  
ras concedendi, quod hujus loci est.

Quomodo habet hoc Jus Impera-  
tor?

Habet hoc Jus Imperator inde-  
pen-

pendenter, & ita, ut tales literæ valent per totum Imperium Rom. Dependenter autem quilibet Princeps Imperii in suo Territorio; Sed horum literæ non valent extra territorium ipsorum.

## CAPUT. XXVIII.

*De Jure circa Vias Publicas, Item circa Flumina.*

**Q**uomodo alias vocantur viapublicas?

Vocantur alias Via Regia, via Praetoria, Consulares, Militares, Germ. Heer Strassen/ Känslerliche Strassen/ Offene Strassen/ Land-Strassen / des Heiligen Reichs Strassen/ Gleits Strassen.

*Quomodo hoc jus circa vias distinguitur?*

In Minus, quod consistit in securitate viis publicis praestanda, Quale jus refertur inter Jura Ferri.

ribus

*territorialia*, quæ quilibet Princeps  
habet in suo Territorio : Et Ma-  
jus, quod consistit in *Obligatione &*  
*coactione Principis* cujusque . seu  
Magistratus in Territorio, ut vias  
publicas tutas reddant, & hoc est  
hujus loci.

Quomodo Imperator *huc* *Jus ha-*  
*bet?*

Non solus, sed cum Ordinibus si-  
mul, tanquam *jus Comitiorum*. R.  
A. Augspurg Anno 1559. f. Als  
wir uns auch &c.

Quomodo distinguis *Jus circa Flui-*  
*mnia?*

Itidem in *Minus*, quod consistit  
in *Secura navigatione fluminibus*  
*præstanta*, quale *jus referendum*  
est inter *jura Territorialia*: Et Ma-  
jus, quod consistit in *Obligatione*  
*Dominorum* cujuslibet *Territorii*,  
ut fluminibus securitatem illam  
*præsent*, & hoc *hujus loci* est.

Quo-

(114)

Quomodo hoc Ius Imperator habet?

Itidem non *solum*, sed cum *Or-  
dinibus simul*, ita, ut etiam ius sit  
*Comitiorum*: *Parium enim par est  
Ratio.*

## CAPUT XXIX.

*De Jure circa Monetam,  
Item circa Vectigalia.*

**Q**uid circa ius Monetae notandum  
venit?

Quod aliud sit ius Legis Moneta-  
riae condenda: Aliud denique sit  
ius Privilegii eudenda monetae aliis  
concedendi.

Quale Primum Ius est, scil. Leges  
monetarias condendi?

Hoc ius Comitiorum est, in Co-  
mitiis enim creberrime agitur  
de Legibus monetariis, & id ipsum  
quoque constat ex Capit. Ferdi-  
nandi III, Art. 36.

Quid

*Quid verò hic notas?*

Quòd Quidam jus *Monetarium*  
*Legem condendi* vocent jus *Mone-*  
*ta*; Jus autem *monetam Cudendi* ap-  
 pellen *jus Monetandi*.

*Quid verò porrò observas?*

Quòd cura *monetae publicae* e-  
 stiam *unicuique Circulo* demandata  
 sit in sua Regione.

*Quale verò jus secundum est, sc.*  
*Moneta Cudenda.*

Hoc *jus independenter* est penes  
 Imperatorem; *Dependenter* verò  
 penes Status, qui hoc *Jus*, die  
*Münz-Gerechtigkeit / obtinue-*  
 runt, vel per *Privilegium*, vel vi  
*Præscriptionis.*

*Quid heic observas?*

Quòd cum hoc jure *nulli Sta-*  
*tui* concedatur potestas jurishu-  
 jus exercitium *elocandi*, und Mer-  
 canz draus zumachen. Recessus  
 Spir. Anno 1570. S. Alsdann auch  
 die

( 126 )

## Die Münz Gerechtigkeit keinen Mercanz &c.

Quid vero de Tertio Jure sentis,  
&c. Privilegii cuadenda moneta alius  
concedendat?

Hoc Jus est penes Imperatorem  
& Electores junctim. Vid. Capit.  
Ferdinandi III. Art. 37. & Leopoldi  
Art. 34.

In quo autem consistit jus circa Ve-  
ctigalia?

In Vectigalis Novi institutiose,  
aut veteris Auctione.

Quomodo hoc jus habet Impera-  
tor:

Jus hoc non est penes Impera-  
torem solum, sed penes eum & E-  
lectores conjunctim. R. A. Regen-  
spurg an. 1576. §. Weiters seynd  
&c. Capit. Ferdinandi III. Art. 30.  
Leopoldi. Art. 21.

( o )

C. A.

117

CAPUT XXX.

De Jure Circa Colle-  
ctas.

Quomodo distinguuntur Colle-  
cta?

In Collectam Imperialem, seu ge-  
neralem, Reichs-Steuer / quæ  
imponitur ab Imperatore Statibus  
Imperialibus aut subditis Imperii:  
Et Provinciam, Land-Steuer /  
quæ imponitur à Principe Imperii  
Statibus Provincialibus. Prior  
verò Collecta, Imperialis sc. hujus  
loci est.

Quot modis instituuntur Collecta  
Imperiales?

Duobus potissimum: (1.) Nach  
den gemeinen Pfennig / juxta  
communem Denarium. (2.) Nach  
den Römer-Zug / secundum Ex-  
peditionem Romanam. Prior ta-  
men modus collectandi ab Anno  
148. exolevit.

F

Quid

*Quid vero in specie notas von dem  
Römer-Zug?*

(1.) Römer Zug olim vocata  
est expeditio Rom. seu Comita-  
tus, qui *Romano Regi* Romam  
pro consequenda *Corona Imperii*  
Romam eunti præstandus fuit.  
Hodie autem *desit* hic mos Coro-  
nam Imperialem *Rome* petendi,  
atque adeò exspiravit hæc *Expedi-  
tio Romana*, & quidem ultima illa  
fuit tempore *Caroli V.*

*Retinetur tamen adhuc Nomen des  
Römer-Zugs?*

Retinetur quidem *Nomen*, sed  
applicatur *aliis Collectis* pro neces-  
sitate Imperii indi&tis, & simili  
collectandi modo impositis.

*Quid secundò notas von dem Rö-  
mer-Zug?*

De consuetudine hodiernâ, ist  
der Römer-Zug eine grosse tapf-  
fere Hülffe am Deutschen Krie  
g

¶ (119) ¶

ges Volk zu Röß und Fuß / vel  
in equivalenti pecunia.

Quomodo dividitur Rom. Expe-  
ditio?

In Simplam, Dimidiam & Duplam.  
In simplam ( auff einen cinfachen  
Römer - Zug ) computantur.  
20000. zu Fuß und 4000 zu Röß  
auff 6. Monat / unde facile in-  
telligitur , quanta sit expeditio  
dupla & dimidia.

Quomodo verò hac Collecta compu-  
tatur in pecuniam?

Ut pro singulis Equitibus solvan-  
tur Duodecim Floreni, pro singulis  
Peditibus quatuor Floreni.

Quomodo differunt inter se Col-  
lecta , nach den Gemeinen Pfen-  
ning/und nach den Römer-Zug?

( i.) Collecta nach den gemei-  
nen Pfennig / imponitur im-  
mediate Subditis omnibus Imperii  
Rom. secundum proportionem

F 2 fa-

facultatum, ut pendant pro mille florenis unum florenum quotannis; Collecta v. Nach den Römerzug / imponitur immediate Statibus ipsis, juxta Matriculam Imperii, nach des Römischen Reichs Anschlag (2.) Collecta nach den gemeinen Pfennig / exigitur per Viros ad hoc destinatos , quos Schatz-Meistere & Pfennig-Meistere vocant: Collecta autem nach den Römerzug / exigitur per ipsos Statuus tanquam Executores à suis subditis, quæ exactio vocatur Subcollectatio. (3.) Collecta nach den gemeinen Pfennig / jam in desuetudinem ferè abiit, uti supra visum ; remansit verò Collecta nach den Römer-Zug.

*Quinam sunt fines precipui Collectarum Imperialium?*

(1.) Propter bellum, prout Türken-Steuer. (2.) Ad extirpationem For-

*Fortalitiorum. Baugeld. (3.) Ad  
demolienda Castra Bannitorum.  
(4.) Ad Legationes, Legation-Ro-  
sten. &c.*

*Quomodo hoc jus habet Impera-  
tor?*

Ita, ut hoc jus *Collectas Imperia-  
les imponendi sit penes Comitia,*  
id quod demonstrat *Praxis*, & in-  
super R. A. Worms Anno 1595.  
R. A. Trier und Edlen An. 151. 2. §.  
und damit ic. R. A. Regensburg  
1532. §. und damit seltener ic. S. §.  
A. Augsburg An. 1548. §. Ferner:  
haben wir aus gnädigster ic.

### CAPUT XXXI.

*De Jure dandi Civitatem,  
Item, dandi Nundinas.*

**Q**uid significat jus Civitatis dare?  
Primò significat ex non civi  
facere civem, Bürger-Recht ge-  
beu / (2.) ex non civitate facere ci-

F 3 vita-

155 (122) 555  
vitatem, Stadt Recht geben / &  
ita sumitur hoc loco.

In quo consistit hoc jus?

Quod habeat Imperator jus  
dandi Civitatem, i. e. Ex commu-  
nitate, quæ nondum est Civitas, fa-  
cienda civitatem, ei que dandi Pri-  
vilegia Civitatis, ut possint mœnia  
circumducere, extruere Curiam;  
habere Consules, Senatores, qui ite-  
rum conferre possint das Bürger-  
Recht ic.

Quomodo hoc Jus habet Impera-  
tor?

Ut Reservatum, quia primo spe-  
ciat ad Privilegia. (2.) Probatur  
id ipsum exemplo. Maximilianus I.  
Albertum Comitem Mansfelden-  
sem, Vico cuidam prope Islebiam  
jus Civitatis dare volentem An.  
1514 d. 6. Febr. Mandato inhibi-  
torio prohibuit his verbis: Wann  
nun dir noch jemand anders nit  
gesie

gez'eniet Stadt-Recht oder anders / daß der hohen Obrigkeit/ ohne sonderbahre Erlaubniss aufzurichten/ so befhlen.

*Quid verò hic notas?*

Quod interim Imperator hoc jus aliis possit impertiri. Sic Ludovicus IV. concessit hoc jus Burggravio de Nürnberg. Et Ludovicus Imperator Gerhardo Spirensi, das Dorff Udenheim zu einer Stadt zu bauen.

*Quomodo Nundinae distinguuntur?*

Ita, ut aliæ sint Privilegiatae seu solennes, sive Mercatus Generales: Germ. Messen. Aliæ sint non privilegiatae, seu non solennes, vel Mercatus Speciales, Jahr: Märcte / quod jus , tanquam consequens Civitatis condendæ, pertinet ad Imperatorem; Nunc verò hoc sibi Principes sumunt. Item.

F 4

Wo:

Wochen-Märkte/quas institue-  
re licet Civitatibus, etiam absq; Do-  
mini Superioris præscitu. Cùm  
non tam mercatus, quam annona  
gratiâ introductæ sint.

*De quibus autem Nundinis potissi-  
mum hoc loco agitur?*

*De Nundinis Privilegiatis seu  
solennibus, von den Messen.*

*Unde factum est, quod nundina ta-  
les dicantur Missæ?*

Quia Nundinæ habebantur olim,  
sc. in Papatu, certo aliquo Festo,  
ubi maxima Populi fiebat conflu-  
entia, in eoque celebraretur missa.

*In quo igitur consistit hoc Jus Im-  
peratoris?*

Consistit in eo, quod Impera-  
tor habeat potestatem jus dandi  
nundinas solennes seu privilegiatas,  
Märkt: Gerechtigkeit /hoc est,  
nundinis certa privilégia conce-  
dendi, vi quorum v. g. conceditur  
publi-

publica securitas iis, qui mercatus causâ in nundinis conveniunt, ut ibidem intra dies nundinarum, i.e. Antequam earum finitarum signum per *campanam* detur, sub prætextu *civilis* seu *privati debiti*, *conveniri*, *carcerari* vel *arrestari* nequeant.

*Quomodo habet hoc Jus Imperator?*

Ut *Reservatum Imperatoris*:  
Quia pertinet ad *Privilegia*.

*Quid verò heic observas?*

Quòd tales nundinæ non facile dari soleant *inauditis Civitatibus vicinis*, quarum *interesse* posset.

## CAPUT XXXII.

### *De Jure Stapularum.*

*Quomodo aliter vocatur Jus Stapula?*

*Jus Emporii. Germ. Stapel-Ge-*  
F 5 *rech:*

( 126 )

rechtfertigheit / Item. Freye Nieder-  
lage.

Unde autem derivatur Stapula?

Derivatur à Gallico *Estable*, &  
hoc è Latino *Stabulum*. Sic autem  
vocatur forum seu *locus publ.* quo  
Principis autoritate & privilegio  
*Vina, Frumenta, aliæq; merces exo-*  
*ticæ vendendi causâ convehuntur.*

In quo consistit hoc Jus?

Hoc Jus consistit præcipue in  
duobus Privilegiis adversus Jus  
Commune. Nam (1.) cùm jure  
cūmmuni liber sit usus commer-  
ciorum & navigationum, qui ad-  
eptus est jus *Stapulae vel Emporii*,  
nō cogere potest transeuntes, ut a-  
pud se per dies certos subsistant, &  
merces suas divendant. (2.) Qui  
vehunt ejusmodi merces, h̄i, ad  
evitandam istam expositionem,  
non possunt quærere novas vias.

Quo-

*Quomodo Imperator hoc Jus habet?*

Hoc Jus est *Reservatum Imperatoris*, & probatur id ipsum (1.) Ratione, quia pertinet ad *privilegia* (2.) *Exemplo*. Cùm *Elector Palatinus Rheni Anno 1575.* Oppenheimi ejusmodi jura Stapulæ usurpare cœpisset, per *Spirenses*, obtento mandato Cæsareo pœnali sine clausula, *Ei inhibitum id fuit.*

*Quid verò hic observas?*

Quòd non liceat Imperatori sub nomine der *Stapel* : *Gerechtigkeit novum Vectigal introducere*. Vid. *Capit. Ferdinandi III. Art. 20. & Leopoldi Art. 21.*

*Quanam sunt Civitates in imperio Romano : que Privilegium Stapulæ sunt adeptæ?*

Ad Rhenum, sunt Colonia, Moguntia, Spira: Ad Mosellam, Treviris seu Trier: Ad Danubium, Ra-

F 6 tis-

tisbona, Ingolstadium, Passavi-  
um: Ad Visurgim, Brema: Ad Albim,  
Magdeburgum & Hamburgum.

*Quid vero heic notas?*

Quod quarundam ex his Civi-  
tibus Jus non nisi ad esculenta,  
quandoque etiam ad alias merces  
certas extendatur.

### CAPUT XXXIII.

## De Jure Ferias Generales Constituendi.

**C**irca quod versatur potissimum  
hoc jus?

Versatur hoc Jus potissimum  
circa Reformationem Calendarii.

Estne vero hoc jus penes Papam, an  
vero penes Imperatorem?

Papa quidem hoc jus sibi arro-  
gat; potius tamen illud ipsum est  
penes Cesarem. Nam Julius Caesar  
( ut Imperator ) olim emendavit  
tempora. Et porrò Canon Pa-  
scha-

schalis Synodi Nicenæ non Papæ,  
sed Constantini Imperatoris, qui Sy-  
nodo præfuit, & Patrum decreto,  
conditus fuit. Tandem, Carolus  
Magnus Calendarium pariter &  
nomina Mensium Germanis dedit.

Pancis enumera Historiam Refor-  
mationis Calendarii?

Georgius XIII. Papa Rom. refor-  
mavit Calendarium An 1582. Iubla-  
tis uno momento è Mense Octobri  
diebus decem, Hoc Calendarium  
Reformatum misit Papa Rudolphe  
II. Imperatori, ut tempore Co-  
mitiorum Augustanorum suscipe-  
retur in Imperio Rom. Germani-  
co. Princeps Protestantes contra-  
dixerunt, idque ob inhabilitatem  
constituentis rejecerunt, & hoc  
jus Cæsari vendicarunt. Cæsar di-  
stulit negotium, in Camera Judici-  
is Calendariū Vetus servari man-  
davit, quod etiam An. 1523. sc. biß

F 6 auf

auf ferner Käyserl. Majestät  
und Stände Constitution, ad  
evitandas omnis generis difficul-  
tates & confusiones.

### CAPUT XXXIV.

#### *De Jure Circa Comitia.*

**Q**uomodo in Imperio Romano Co-  
mitia distinguiscent?

In Universalia & Particularia.

Quid sunt Comitia Imperii Uni-  
versalia?

Sunt conventus publ. Cæsaris  
atque Ordinum Imperii, sc. sive per  
se, sive per Legatos: Reichs-Lage:  
& de his hoc loco potissimum agi-  
tur.

Quid verò sunt Comitia particu-  
laria?

Quando Pars quædam Statu-  
um convenire solet, sive: Comitia  
particularia sunt conventus Sele-  
ctorum quorundam.

Quo-

Quotuplicia autem hæc sunt Comitia Particularia?

(1.) Sunt vel *Electorum*, & quidem vel *Wahl Tage*/quando Electores conveniunt ad *eligendum Regem Romanorum*: Vel *Thurn Füßte Tage*/oder *Collegial-Tage* / quando conveniunt Electores deliberaturi de *variis Imperii negotiis*. (2.) Vel *Deputatorum*, *Ein Deputations-Tag*/quem *Moguntinus* Elector edicit, vice & nomine Imperatoris, tunc, quando se *motus Imperii* exserunt, quibus compescendis vires Unius, Trium vel Quinq; *Circulorum* non sufficiunt: Aut quando alia id flagitat Imperii utilitas, etiam tunc, quando in *Comitiis universalibus* non *omnia negotia* fuerunt expedita. (3.) Vel *Visatatorum Cameræ*, quide *Actis Camerae* judicant. (4.) *Circulorum: Creyß-Tage*.

Quo-

CA-

132

Quomodo hoc jus circa Comitia  
universalia possidet Imperator?

In Comitiis Universalibus Imperator *situs* habet jus indicendi, den Reichs: Tag aus zuschreiben / Requiritur tamen. (1.) Ne indicantur extra Imperii fines. (2.) Prævius consensus Electorum. Vid. Capit. Leopoldi Art. 17. Sic etiam *situs* Imperator habet jus proponendi , die propositione zu thun / id quod solet facere de scripto, vel per alium.

Habetne etiam *situs* Imperator jus Decidendi?

Sunt equidem aliqui, qui tribuunt Cæsari, quasi Ille *situs* possit omnia.

Errant tamen illi, siquidem jus hoc decidendi inter Imperatorem & Status est divisum, sic, ut Imperator Solus tantum possit, quantum reliqui Status junctim.

CA-

CAPUT XXXV.

*De Jure Postarum.*

**U**NDE dicuntur Postæ?

Postæ sic dicuntur quasi pos-  
sitæ vel collocatæ certis in locis.

*Quomodo describis Postas?*

Postæ sunt *Equi & Homines* cer-  
tis in locis dispositi, qui permu-  
tari queant, ad iter die noctuque  
fine intermissione continuan-  
dum.

*Quotuplices sunt Postæ?*

Duplices: *Universales Reichis*  
*Posten*/de quibus tantum *hoc loco* agitur: *Particulares, Land-Pos-*  
*ten*/ de quibus *hoc loco* non agi-  
tur: siquidem *Principes* in suis di-  
tionibus possunt habere postas  
*particulares*, quæ respectu univer-  
salium sunt *privatae*.

*Quis nam finis Postarum est?*

Ut

Ut celeriter resciscatur, quid rerum in variis Imperii partibus geratur, & mandata per Imperium deferantur.

Quomodo hoc Jus Imperator habet?

Habet hoc Jus Imperator ita, ut Deliberationes de Postis etiam tractentur in Comitiis.

Unde hoc probas?

(1.) Per informationem Bohemicam Matthiae, in quâ Imperator asseverat daß die Kaiserliche Hoff-Post I. Majestät und des H. Röm. Reichs hohes Regal sey. (2.) Per. K. A. Nurenberg 1522. §. Item. Ist bedacht &c. Et Speyer 1542. §. damit man auch jederzeit &c.

### CAPUT. XXXVI.

*De Jure Repressiarum.*

Quomodo Repressia aliter vocantur?

Vo-

Vocantur aliter pignorationes,  
Rechtliche Hemmungen / Aufs-  
haltung.

Quodnam discriminis est inter Re-  
pressalias, quæ hujus sunt loci, & Ar-  
restum vulgariter dictum?

Differunt illæ (1.) Objecto: Ar-  
resto vincitur debitor ipse velejus  
*bona*; Repressaliis vincitur *Subdi-  
sus* (vel ejus bona) Principis aut  
Reipubl. debentis. (2.) Forma: Ar-  
resto vetatur *corpus vel bonum lo-  
co moveri*; Repressaliis attinetur  
& ducitur in *locum securum*.

Quomodo dividuntur Repressalia?

(1.) Ratione Objecti: sunt enim  
vel in *Personas* seu *corpora*, & tunc  
vocantur: *Eine Verstrickung*:  
Vel in *Bona*, & vocantur, e ne  
*Pfandung*. (2.) Ratione *Condicio-  
nis* in Objecto: Aliæ enim Repres-  
saliæ sunt in *Cives*, hoc est *subdi-  
sus* Principis aut Status: ubi ta-  
men

men nota, quod hodiè super sint tantum Repressaliæ in *exteris*, quas tamen etiam liceat nemini usurpare, nisi licentiam habeat ab Imperatore vel Imperio.

## CAPUT XXXVII.

*Defure Belli. Item Fæderum.*

**Q**uid est Bellum?  
Bellum est publicorum armorum justè suscepta & ritè denuntiata contentio. Vel: Bellum est *status per vim certantium*, quā tales sunt.

*Quomodo dividitur Bellum?*

(1.) Ratione formæ in *Offensivum* & *Defensivum*. (2.) Ratione causarum efficientium, in *Externum*, quod geritur ab Imperatore vel Statibus, adversus hostem externum: Et *Internum seu Intestinum*, quod

quod geritur inter Imperatorem  
& Statum, vel inter Statum & Sta-  
tum Imperii Romani.

*Quomodo hæc præsentim materia ap-  
plicas?*

( 1. ) Bellum *Offensivum* in ex-  
ternos nomine Imperii decerne-  
re est jus *Comitiorum*. Vid. R. A.  
Worms Anno 1495. §. Aliud sel-  
len wir &c. Cap. Ferdinandi III.  
art. II.

( 2. ) Bellum *Offensivum* Status  
in exterios licitum est illis per ju-  
ra, quæ habent, *Majestatis*.

( 3. ) Bellum *Offensivum Status*  
in *Statum* olim fuit licitum sub  
conditione, ut *Diffidatio* ( quæ est  
justa & legitima belli alteri parti  
denunciatio) triduo ante mittere-  
tur. A. B. tit. 17. Hodiè autem *il-*  
*licitum* hoc est, *judicio enim, non*  
*armis experiendum*. R. A. Aug-  
spurg Anno 1548. §. Als Wei-  
land &c.

( 4. )

(4.) Bellum *Defensivum pro Imperio contra externum expedit Imperator arbitratu suo.* Cap. *Ferdinandi III. Art. II* in fine.

(5.) Bellum *Defensivum contra externum etiam Status non moniti à Cæsare possunt suscipere.* Tenentur tamen rem ipsi *significare R. A. Augspurg an. 1555. §.* Und sollen in oberzehlcten Fällen &c.

(6.) Bellum *Defensivum Statui contra Statum licitum est.* Ord. Camer.

(7.) Bellum *Defensivum Statui contra Imperatorem quā talem, non licet, nisi is eo bello *Pacta, Capitulationes* aut *Statum publicum* sollicitet.*

*Quomodo distinguis Fœdus?*

Fœdus, (quod nihil aliud est, quam *Conventio publica* inter eos, qui aut summam potestatem habent

bent, aut minimum hoc Majestatis jus: ) in Imperio Rom. est vel Universale, quod sc. nomine *Totius Imperii* sanciendum est ab Imperatore: Vel *Particulare*, quod sancit *Status Imperii* per se.

*Quomodo hanc Distinctionem applicas?*

(1.) Fœdus Universale decerne-re jus Comitiorū est. R. A. Worms. §. Auch sollen wir &c. Et quamquam hoc jus postea in Cap. Ferdinandi III. art. 7. contractum est ad *Consensum Electorum* cum Cæsare; Comitiis tamen iterum est redditum per Pacif. Osnabrug. Cap. 8. ita confirmatum in Capit. Leopoldi Art. 10.

(2.) Fœderis *Particularis* ineundi jus habet *quilibet Status* pro se: dummodo ne quid ineat *contra Imperatorem* aut *Imperium*. Vid. Pacif. Osnabrug. d. l.

CA.

365 (140) 366  
CAPUT XXXVIII.

*De Statibus seu ordinibus  
Rom. Imperii.*

**Q**uid sunt Status Imperii?  
Status sunt singulorum Territoriorum Domini, qui una cum Cæsare imperandi potestatem habent.

*Quomodo autem probatur aliquem esse Statum Imperii?*

Secundum aliquos ratio formalis Status Imperii est in jure suffragandi in Comitiis Imperialibus: alii jubent respicere ad inscriptionem in Matriculam Statuum: Alii pro modis probandi agnoscunt etiam contributionem immediatam; item. Jurisdictionem Territorialem?

CAPUT XXXIX.  
*De Jurisdictione Territoriali:*

*Quo-*

**Q**uomodo Jurisdict. Territ. aliter  
vocatur?

Vocatur *Jus Territorii*: *Jus Superioritatis*: *Superioritas*: *Summa Jurisdictio*: *Jus Statuum Imperii Regium*.

**Q**uomodo definitur Jurisdict. Territorialis?

Jurisdictio Territorialis, die Land- Fürstliche / oder Landes hohe Obrigkeit / est potestas Statuum Imperii summa gubernandi Rempubl. in suo Territorio, competens eis intuitu Territorii, tanquam fundamenti, tum circa personas, tum circa res sub eo hærentes, conflata ex certis iuribus seu Regalibus.

**D**etur brevior hujus Jurisdictionis definitio?

Jurisdictio Territorialis est illa Majestas, quam quilibet Status habet in suo Territorio.

G

Quid

*Quid verò heic observes?*

Quod hæc Majestas Statuum non sit plena, sed restricta, ut quæ exceptionem patitur, saltem circa ea, quæ sunt Imperatori Reservata.

*Quomodo igitur intelligis, quod vulgo dicitur, Statum Imp. in suo Territorio tantum posse, quantum Imperator in Imperio?*

Vulgatum hoc cum grano Salis debet accipi, neque extendendum ad Reservata Imperatoris, alias sanè falsum istud & absurdum esset.

## CAPUT XL.

### *De Divisionibus Jurisdictionis Statuum Territorialis.*

*Quomodo (1.) dividitur jurisdictionis Territorialis?*

Rati-

Ratione modi acquirendi : Ac-  
quiritur etenim vel per Concessio-  
nem Imperatoris sub modo inve-  
tituræ : Vel per Prescriptionem &  
immemorialem consuetudinem :  
Vel per Successionem &c.

Quomodo (2.) dividitur ?

Ratione subjecti, ita ut alia sit E-  
lectorum, alia Archi-Ducum, Ducum,  
Principum, Civitatum Liberarum.  
Nobilium Immediatorum libero-  
rum &c.

Quomodo (3.) dividitur ?

Ratione Partium seu ipsorum  
met jurium, uti sunt. (1.) Jus exi-  
gendi Homagium à Subditis (2.) Jus  
circa Sacra seu Res Ecclesiasticas.  
(3.) Jus Leges provinc. condendi.  
(4.) Jus Magistratus in suis terri-  
toriis constituendi. (5.) Jus Collegia  
permittendi. (6.) Jus Archivi. (7.)  
Jus Actus Fiscales exercendi. (8.)  
Jus Collectas Provinciales indicen-  
di.

di. (9.) *Jus exigendi Angarias.* (10.)  
*Jus recipiendi Iudeos.* (11.) *Jus cu-*  
*denda Moneta* (12.) *Jus Mercatum,*  
(13.) *Jus Forestale.* (14.) *Jus circa*  
*vias publicas.* (15.) *Jus circa flumina.*  
(16.) *Jus circa pœnas.* (17.) *Jus legi-*  
*timandi Spurios.* (18.) *Jus creandi*  
*Tabelliones.* (19.) *Jus veniam etatis*  
*dandi.* (20.) *Jus concedendi indu-*  
*cias moratorias.* (21.) *Jus Delectum*  
*agendi.* (22.) *Jus Fæderum.* (23.) *Jus*  
*Austregarum.* (24.) *Jus Legatos mit-*  
*tendi.*

## CAPUT XLI.

### De Notabilioribus Qui- busdam circa Duodecim priora Statuum Jura.

**Q**uid de jure reformandi seu Reli-  
gionem constituendi mones?

Quod de isto jure in primis vi-  
denda sit *Pax Religiosa*, quæ Anno  
1532. coepit Norimbergæ, An. 1552.  
*Passavit repetita*, & tandem Augu-  
sta

145

Re Vindelicorum 1555. consensu Imperatoris, Electorum & Statuum utriusque Religionis sancta & confirmata, in omnibus ferè Comitiis repetita, & executioni judicii Camerae Imperialis tradita est. R. U. A. 1555. §. Wir besetzen und gebiethen. Item: Pacificatio Osnabrugensis Art. quinto per Totum.

Quid notas de Jure Leges Provinciales condendi?

(1.) Posse Status Legibus suis contra Jus Commune disponere, (2.) Posse Status easdem ferre inconsilio Casare, & ejus confirmatione non adhibitâ. (3.) Camerale teneri eas in judicando sequi. prob. ex Ord. Cam. part. I. Tit. 57.

Quid observas de Jure Magistratus in suis Territorii constituendi?

Quod ad illud referri quoque possit jus Causas à Judiciis inferribus avocandi.

G 3

Quid

*Quid vero de Jure Collegia permit-  
tendi ac constituendi, item leges eo-  
rum confirmandi, observas?*

*Quod Collegia alia sint Litera-  
torum, uti sunt in Gymnasio &  
Academiis, Theologorum, Juridi-  
corum, Medicorum, Philoso-  
phorum, in quibus tamen pote-  
stas conferendi Gradus Academicos,  
non a Statibus, sed ab Imperatore  
pendet. Vid Caput. 19. Alia autem  
sunt Collegia Itineratorum, ut sunt:  
Mercatorum, Opificum &c.*

*Quid de Jure Archivinotias?*

*Quod Scripta in illud relata  
probent tanquam Instrumenta pu-  
blica:*

*Quinam sunt Actus Fiscales?*

(1.) Succedere in bona vacantia,  
item damnatorum: (2.) Percipere  
dimidium Thesauri in loco publico  
reperti. (3.) Percipere redditus e  
Metallis & Salinis, ratione sc. Deci-  
marum. Quo referri quoque po-  
test.

test jus Percipiendi *Decimas Novavalium.*

*Quomodo dividuntur Collectæ Provinciales?*

Collecta imponitur vel ob causam publicæ estque vel *Ordinaria, Schatzung/ Vel Extraordinaria*, ut: *militaris, Contributionem item: pro muris, viis, pontibus restaurandis: Vel ob causam Privatam, quam solvunt migrantes e civitate; Nach-Steuer / Item Heredes peregrini alicujus defuncti: Abzug-Geld.*

*Quid sunt Angaria seu Parangaria?*

Sunt præstationes extraordinaire quorum, plaustrorum, navium, in transvectionibus subitariæ necessitatis; Et has Dominus territorii etiam à forensibus potest exigere.

*Quid notas de Jure recipiendi Iudaos?*

G 4.

Quòd

Quod hoc jus in A. B. Tit: 9.  
*Solis Electoribus* fuerit concessum  
*ut Privilegium*; Postea tamen in  
*alias quoque Status* sit derivatum,  
*uti paret Aug der Policey-Ord-*  
*nung. Augspurg Anno 1548. &c*  
*Franckfurt An. 1577.* utrobiique  
*sub Tit. Von Jüden und iheren*  
*Wüther.*

*Quid vero de Jure Monetae cuaden-*  
*da notas?*

Hoc jus similiter in A. B. Tit. 20.  
*Solis Electoribus* concessum fuisse;  
 postea tamē ad *alias etiam Status*  
*extensum, uti paret R. A. Nien-*  
*berg An. 1524. §. Dergleichen*  
*hat der Münz ic. R. A. Aug-*  
*spurg Anno 1551. §. So haben*  
*wir uns ic. R. A. Speier An. 1570.*  
*§. Als dann auch. NB. De Jure*  
*Mercatum videlicet supra Caput 31.*

C. A.

149

## CAPUT XLII.

# De quibusdam Notabilioribus circa duodecim Jura posteriora Statuum.

Quid notas de Jure forestali?

(1.) Consistere hoc jus tum in *Banno ferino*, tum in jure *foresti*, facultatem etiam imperandi *servitia venatoria* complectente, multisque aliis juribus (2.) Vigore hujus juris, *venationem exerceri* posse non modò in *locis publicis*, sed & *privatis* subditorum. (3.) Hoc jus asserere sibi *Status Imperii* contra Subditos, præcipue titulo *Præscriptionis*.

De jure circa vias publicas, item circa flumina, de jure veniam etatis dandi, inducias moratorias concedendi, item de jure fœderum, supra aliquot actum fuit Capitibus. Quid notas de jure circa Pœnas?

G 5

Quòd

Quod pœna sit vel *capitis*, vel  
fama; Jus autem ipsum ponatur  
in pœna vel *irroganda*, vel *remit-*  
*tenda*: Remittere autem pœnam  
fama semel irrogatam, idem sit,  
quod fama restituere.

*Quid observas de Jure legitimandi Spurios?*

Quod tale jus habeant Comites  
Ortenburgici tanquam partem i-  
psis concessæ Comitiva.

*Quid vero de hoc Jure observas?*

Quod usurpaverit hoc jus etiam  
Elector Brandenburgicus, Joachi-  
mus II. legitimando aliquem, qui  
postea receptus fuit in societa-  
tem der Gewand-Schneider. De-  
cætero, qui aliis Principibus hoc  
jus asserunt, eos tamen fateri o-  
portet, effectum seu efficaciam  
hujus juris non extendi ultra su-  
um cujusque territorium.

*Quid de Jure creandi Tabelliones:  
affers?*

Quod

Quod hoc jus competat iis Statibus, quibus Comitiva hereditaria concessa est.

Quid est jus delectum agendi?

Soldaten zu Werben / & alia ad Bellum pertinentia in suo Territorio ordinandi.

Quid est fœdus illud, quod communiter apud Autores vocatur, die Erbverbrüderung?

Est illud fœdus, quod certi Principes Imperii inter se, de mutua successione, in casum extinguenda unius familiae, ineunt, Imperatoris consensu confirmatum.

Quid de Jure austregarum bases?

Austregas: Germ. Vox est, weil darinnen Fürstlicher Personen Irrungen Rechtlich ausgetragen werden..

In quo autem consistit hoc jus?

Hoc jus consistit in eo, quod Principes, Comites, Barones &c. Imperii  
G. 6.

1552 (152) 1552

perii accusati, coram judicibus Au-  
ffregarum ( qui sunt alii Princi-  
pes juxta Ordin. Cameralem dele-  
cti ) primam fortiantur instanti-  
am, antequam lis devolvatur ad  
Cameram, in certis causis. Vid.  
Ordin. Camer. Item. Pacif. Osnab.  
Cap. 5.

Quid tandem de Jure Legatum  
mittendi notas?

Quod per id Status Legatos  
mittant ad Comitia, pro foederi-  
bus, bello, pace &c.

FINIS EXAMINIS Hujus JURIS  
PUBLICI.



In-

1555 (153) 1555  
Index Capitum, quæ hoc  
in Examine Juris Publici con-  
tinetur.

Proæmium.

CAPUT I.

DE Imperatore Romano-Germa-  
nico:

- II. De modo pervenienti ad Impre-  
rium.
- III. De divisione Electionis Impera-  
toria, & Rege Romano.
- IV. De modis, quibus Imperium Ra-  
mani Imperatoris definit.
- V. De Vicariis Imperii Rom.
- VI. De Augusta, seu Imperatoris Rom.  
Conjuge.
- VII. De Electoribus S. Imperii Rom.
- VIII. De Electoribus Ecclesiasticis in  
specie.
- IX. De Electoribus Secularibus in  
specie.
- X. De quibusdam adhuc aliis ad di-  
gnitatem, Officia seu potestatem,  
& privilegia Electorum perti-  
nentibus.

- 154
- XII. De Principibus Imperii, in specie  
verò de Ecclesiasticis.
- XIII. De Imperii Rom. Principibus Se-  
cularibus.
- XIV. De Civitatibus Provincialibus:  
five Municipal. Item.
- XV. De Furiis seu Regalibus Impe-  
ratoris Romano-Germanici in  
genere.
- XVI. De Jure primariarum Precum:
- XVII. De Jure creandi Reges, Princi-  
pes, Duces, Landgravios, Mar-  
chiones, Comites, Barones.
- XVIII. De Jure creandi Nobiles, Equi-  
tes & Comites Palatinos.
- XIX. De Jure erigendi Academias.
- XX. De Jure Legem universalem con-  
dendi.
- XXI. De Jure Extremae provocationis.
- XXII. De Jure Magistratum crea-  
torum.
- XXIII. De Jure cognoscendi de Feudis  
Imperii Majoribus..

XXV.

155

- XXV. De Jure in Bannum declarandi.  
XXVI. De Jure veniam etatis dandi.  
XXVII. De Jure Famam restituendi, a  
    Juramento absoluendi, Mora-  
    atoria concedendi.  
XXIX. De Jure circa vias Publ. item:  
    circa flumina.  
XXIX. De Jure circa Monetam.  
XXX. De Jure circa Collectas..  
XXXI. De Jure dandi Civitatem, item:  
    Dandi Nundinas.  
XXXII. De Jure Stapularum.  
XXXIII. De Jure Ferias generales  
    constituendi.  
XXXIV. De Jure circa Comitia.  
XXXV. De Jure Postarum.  
XXXVI. De Jure Repressaliarum.  
XXXVII. De Jure belli, Item Fæde-  
    rum.  
XXXIX. De Statibus seu ordinibus  
    Rom Imperii.  
XXXIX. De Jurisdictione Territoriali.  
XL. De Divisionibus Jurisdictionis  
    Statuum Territorialis..  
XLI. De notabilibus quibusdam circa  
    duodecim priora Statuum Jura.  
XLII. De quibusdam notabilibus circa  
    duodecim posteriora Statuum Jura.

156



Mantissa aliquot Versuum  
Memorialium ad præsens  
Examen pertinen-  
tium.

I.

**D**ecem Circuli Imperii Romano-  
Germanici.

\* *Austriacus* tibi dat Primum, Ba-  
varusq; Secundum.

Tertius est *Francus*, sed Quartus  
*Suevicus* audit.

*Burgundus* Quintum ponit, Supe-  
rusq; *Rhenanus*.

Sextus erit sequitur nunc infer-  
eq; *Rhenanus*.

*Westphalus* Octavum tenet & sic  
ordine Nonus.

Inferior *Saxo* est, Decimum dat  
*Saxo supremus*.

*Leges Fundamentales Imperii Roma-  
no Germanici*.

\* *Aurea Bulla* viget, semperque  
valere *Recessus*

Im-

365 (157) 366

Imperii debent post Cappitulatio  
lecti.

Induperatoris valet, & Pax Reli-  
giosa.

Non Instrumentum Pacis violare  
decebit.

Summa Instrumenti Pacis Casareo-  
Suecici.

\* Articulis Septem & Denis Pax  
Suecica constat.

Primus Amicitia conjungit Fœde-  
re Partes.

Prateriti immemores vult lafos esse  
Secundus.

Pristina restituit Ternus sua Jura  
cuique.

Enumerat Quartus Speciales Re-  
stituendos.

In Sacris Quintus conflata Grava-  
mina solvit.

Helvetiis Sextus dat Libertatis  
Honorem.

Septimus ille Reformatos in Fædus  
adoptat.

Jura Politiae Statibus Bis Quartus  
adumbrat.

Flori restituit Veteri Commercia  
Nonus.

1558 (158) 1558

Bellorum Decimus partitur Prae-  
mia Suecis.

Brandenburgiaco Undecimus Po-  
merana resarcit.

Mecklenburgiacis Bis Senus adem-  
ta rependit.

Brunswigum Decimi demulcent  
munera Terni.

Dat Confessori Decimus Solatio  
Tiernus.

Hassum Ter Quinto placant &  
Clerus & Hassis.

Arma Bis Octonus sifit Pacemq;  
reducit.

Septimus hanc Firmat, Decimus  
reditq; Perennem.

Instrumentum Pacis Cesareo - Gal-  
licum.

\* Articulis Quatuor Minor est:  
Pax Gallica Suecâ.

Non nihil in Rebus varians, ut in  
Ordine Rerum.

In Quatuor Primis (nisi, quod re-  
movetur Iberus).

Vix est Disparitas in Re, neque di-  
screpant Ordo;

Quintus inest Quinto, Gallorum  
& Septimus Ubi.

In

159

In Sexto Sociis Gallus dat Præmia  
Cattis.

Helvetiis quod Sextus ibi dat, Se-  
ptimus isthie.

Nonus & Octavus similes sunt:  
prorius Ultraq.

At Decimus Gallis loca, quæ ceden-  
dæ recenlet.

Undecimo in partes Galli Pax Italias  
transit.

Ultimus His illisq; ferè & Penul-  
timus Idem est.

Modi, quibus Imperium Romani  
Imperatoris definit:

\* Aut Moritur Cæsar, Removetur;  
se Abdicat ipsum.

Octo Imperii Rom. Electores mo-  
derni,

\* Esto Moguntinus. Colon. nec  
non Treverensis.

Rex Bohem. Bavarus. Saxo. Brand.  
atque Palatin.

Septem Electorum S. I. R. Securi-  
dum Auream Bullam Officium.

\* Moguntinensis, Treverensis, Co-  
loniensis.

Quilibet Imperii sit Cancellarius  
horum.

AE-

160  
Atque Palatinus Dapifer. Dux Por-  
tiorensis.

Marchio Praepositus Camera. Pin-  
cerna Bohemus.

NB. Dux denotat Electorem Sa-  
xonia. Marchio Electorem Branden-  
burgicum. Item Hodie Bavarus est  
Archidapifer, & Electorum Secula-  
rium numerum claudit Comes Pala-  
tinus Rheni, Imperii Archi-Thefa-  
rarius.

Imperii Romano-Germanici insi-  
gniores Periodi.

\* 1. Sex Reges. 2. Sub Consulibus, 3  
Plebisque Tribunis.  
4. Caesare sub Julio, ad Constanti-  
nomine Magnum.

A Constantino 5. Caroli usque ad  
tempora Magni.

6. Tertium ad Ottонem, dehinc  
7. usque ad Leopoldum.

NB. Prima itaque Periodus fuit  
sub Sex Regibus, usque ad Imperium  
Consulare Periodus Secunda sub  
solis Consulibus, usque ad Tribunos  
Plebis. Tertia sub Consulibus & Tri-  
bunis Plebi simul, usque ad Julianum

CR-

Cæsarem. Quarta à Julio Cæs. usque ad Constantinum M. à quo divisum fuit Imperium Romanum in Orientale & Occidentale: Prius tandem in Turce venit potestatem , captâ Constantinopoli Anno, 1444. Posterus fuit vexatum à Barbaris, vindicatum verò ex parte à Carolo Magno, circa Annum Christi 800 & ita translatum ad Germanos, unde appellatur Romano Germanicum. Quinta à Constantino M. usque ad Carolum Magnum. Sexta à Carolo M. usque ad Ottонem III. Saxonem , ubi successio obtinuisse scribitur. Septima ab Ottone III. ad Leopoldum I. ubi invavit Imperatorum Electio. Et , ab hoc imprimis Tempore , inchoatur Status Imperii Romano - Germanici hodiernus.

Ne

Pagella quædam vacua relinquerentur, pauca hæc Axiomata fuerunt subiecta.

I.

**Q**ui ob Causam dant, Causā non secutā, possunt repetere.

Hinc

Hinc sequitur, quod Electores & Status possint ob causam fonticam Imperatorem deponere.

2. Paria videntur, non fieri aliquid, vel non legitimo modo fieri, Hinc collige, Comitia Imperii citra consensum Electorum indicta, esse quasi Nulla.

3. Certissimi Juris est, Subditum esse eum, qui cogitur pati Judicium, & Superiorum, qui judicat. Hinc à Quibusdam infertur, Regem Bohemiae etiam Imperii Romano-Germanici esse Subditum.

4. Caput membris suis dignius & praestantius est. Hinc in Imperio Rom. Germ. quod Statibus licet, Imperatori non potest denegari.

5. Vacuum non est, à quo quis non animo vacandi recessit. Item. Absentia Possessionem non auffert. Hinc, absente Imperatore, Imperium vacare, statim dici non potest.

F I N I S.









365  
In Sexto Socia  
Cattis.  
Helvetiis quo  
ptimus isthic.  
Nonus & O  
proritis Utrisq.  
At Decimus C  
da; recentet.  
Undecimo in  
transit.  
Ultimus His  
timus Idem est.  
Modi, quibus  
Imperatoris  
\* Aut Moritur  
se Abdicat ipsius  
Octo Imperii  
derni.  
\* Esto Mo  
non Treverensis  
Rex Bohem. Ba  
atque Palatin.  
Septem Elect  
dum Aurea  
\* Moguntinae  
loniensis.  
Quilibet Imp  
horum.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. \_\_\_\_\_  
Patch Reference numbers on UTT